189.49
B 129

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/questionessuprau0000robe

Opera hactenus inedita Rogeri Baconi

Fasc. VII

# QUESTIONES SUPRA UNDECIMUM PRIME PHILOSOPHIE ARISTOTELIS

(METAPHYSICA XII)

PRIMAE ET SECUNDAE

NUNC PRIMUM EDIDIT

ROBERT STEELE

COLLABORANTE

FERDINAND M. DELORME, O.F.M.

The Cal[illegible] Theological Union LIBRARY Chicago, Ill.

WITHDRAWN

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

M CM XXVI

Oxford University Press
*London Edinburgh Glasgow Copenhagen*
*New York Toronto Melbourne Cape Town*
*Bombay Calcutta Madras Shanghai*
Humphrey Milford Publisher to the UNIVERSITY




*Printed in England at the* OXFORD UNIVERSITY PRESS
*By John Johnson Printer to the University*

# INTRODUCTION

THE tracts here printed form part of the Amiens Manuscript 406, first described by Victor Cousin in the *Journal des Savants, 1848, Août*, p. 459. This MS. contains two series of *Questiones super libros Physicorum Aristotelis*, two series of *Questiones in Aristotelis Metaphysica*, two series of *Questiones supra Undecimum Prime Philosophie Aristotelis*, an unfinished series of *Questiones de Plantis*, in addition to other treatises which may or may not be Bacon's. The MS. consists of 193 folios according to Cousin, the first five being a table of contents in three columns to the page of fifty-six lines each. The parts of the manuscript here printed are ff. 166 a 1 to 176 b 1 and ff. 74 a 2 to 77 a 2. Both are in double columns, the first containing from 58 to 69 lines to a column, the second containing from 51 to 55; the height of a column being approximately 10 inches. A full bibliographical description of the manuscript will be given in a later fascicule.

No other copy of any of these tracts is known, but a happy accident has allowed us to form some idea of the accuracy of the copyist of this section of the manuscript. On f. 170 a 1 another scribe began to copy the beginning of the tract which had already been written on f. 166 a 1. At the foot of the column he was stopped and the first copyist continued f. 169 b 2 on f. 170 a 2. A collation appears in the notes from which we can see that our copyist, though more accurate than the other scribe, has some noteworthy omissions. The manuscript is usually dated as fourteenth century, and the table of contents, which is later than the body of the work, may be of that date, but there is no reason against assigning the manuscript to the end of the thirteenth century. Several hands may be distinguished, the second of our *Questiones* being by a different scribe from the first, and much easier to read. In fact the writing of f. 166 a can only be read with certainty by one who knows what the scribe intended to say. The abbreviations can usually be expanded in two or more different ways, and the rule of

economy, by which the shortest possible expansion is to be preferred, must often be disregarded. In this edition the spelling of the manuscript has been preserved, and we have ventured to suggest a few emendations at the foot of the page in addition to the absolutely necessary corrections inserted in the text. But in many cases only the sense of the passage can decide e. g. whether a word should be *absolute* or *abstracte*, *causata* or *creata*, and so on, while there are manifest gaps in the argument from time to time, which must be left to the care of future students. In this manuscript the use of *c* and *t* is variable and often uncertain: I have used *t* throughout.

It would be premature to express a definite opinion as to the time and place of these lectures until they are all in type, and until they have been brought into relation with the teaching of their period. As a purely provisional date we may put them about 1245, since Bacon was in Paris before 1236 and after 1245.

The eleventh book of the *Prima Philosophia* is our twelfth (Λ). The *Metaphysics* as known to Averroes did not contain our eleventh (K) and ended altogether at l. 1075 b 10. In a later fascicule the nature of the text used by Bacon may be examined more fully, here it is sufficient to say that Book I (A) was only known to him by the *Vetus Metaphysica* as far as 987 a 1, this part being rejected by the Arab translators, and not commented on by Averroes. Book II (α) was regarded as the beginning and was followed by I (A) from l. 987 a 1 to l. 989 b, the second book of the Arab-Latin version usually containing the rest of Book I (A). A preliminary account of the early versions is given by Grabmann in his *Forschungen über die lateinischen Aristotelesübersetzungen des XIII. Jahrhunderts*. Students will remember that the printed versions of these translations have undergone much editing and re-arrangement in the course of the centuries of manuscript copying. My references are however to the Junta edition of Venice 1550–1552, unless the contrary is explicitly stated. Duhem has made part of this tract the subject of some remarks in vol. iii, cap. 5, v (pp. 260–77) of *Le Système du Monde*.

The complete photograph of the Amiens M.S. was lent to Professor Duhem for the purpose of his study of Bacon's scholasticism. After his lamented death the photographs were recovered from his papers at the instance of the R. P. Ferdinand M. Delorme O.F.M., who made a study of the two sets of questions on the Physics, and in addition has copied the *Questiones* (ff. 74 a 2 to 77 a 2), and made most valuable suggestions in correction of the text (pp. 1–112), for which I wish to express my indebtedness, while retaining the responsibility for their adoption. The text of the first series of *Questiones super libros Physicorum* edited by him, is in the hands of the printer.

I have attempted to verify the quotations in these *Questiones*. Some of them probably refer to Bacon's own lectures. The *De Anima* quotations are not from any known text; for the *Metaphysics* both the *Vetus Metaphysica* (which Bacon thought to be translated by Boethius) and the Arab-Latin are used. Averroes had two different Arabic versions of Aristotle before him (comm. 13 and 35), but modern editors have not found his readings useful. The texts Bacon had before him were bad, but what is surprising is that quotations from books which were almost contemporary are often not to be found in the manuscripts of them which have survived. A list of authors cited has been added.

I have to record my obligations to Professor Little for continuous help, to my collaborator, Père Delorme, to Miss Peacock and to my daughter Agnes Larkin for assistance in typing my text.

SAVAGE CLUB, W.C. ROBERT STEELE

# CONTENTS

(*From the Amiens MS.*)

INCIPIUNT QUESTIONES XI. METHAPHYSICE.


| | PAGE |
|---|---|
| Queritur utrum de ente separato possit esse scientia | 1 f. 4 b 3. |
| Queritur utrum de prima causa possit esse scientia | 2 |
| Queritur utrum universalia sunt principia substantie | 3 |
| Queritur utrum elementa sint principia | 3 |
| ⟨Queritur utrum scientia sit substantie tantum⟩ | 4 |
| Queritur cum substantia celestis sit de consideratione plurium quomodo diversimode ⟨ab illis consideratur⟩ | 6 |
| Queritur de hoc quod dicit quod .4. sunt transmutationes[1] vel motus | 6 |
| Queritur utrum materia sit ens in potentia | 7 |
| Queritur utrum potentia materie differat a sua essentia | 8 |
| Queritur utrum plures sint potentie in materia | 8 |
| Queritur utrum possibile sit animalia generari per putrefactionem | 10 |
| Queritur utrum in generatione putrefacta fiat conveniens vel simile e convenienti vel simili | 11 |
| Queritur utrum generatio putrefacta sit a natura vel a casu | 12 |
| Queritur utrum materia sit per quam hoc aliquid videtur | 13 |
| Queritur utrum materia et forma simul sint in composito | 14 |
| Queritur utrum intellectus corrumpatur corpore corrupto | 14 |
| Queritur utrum corrupta intellectiva in homine corrumpitur vegetativa et sensitiva | 16 |
| Queritur utrum iste tres potentie sint eadem in substantia | 17 |
| Queritur utrum intellectus ab[2] extrinseco est | 19 |
| Queritur utrum accidentia habent principia | 20 |
| Queritur utrum habeant formam | 20 |
| Queritur utrum habeant materiam | 20 |


[1] transmutationes] transmutabiles MS. [2] ab] ad MS.

PAGE

Queritur quid sit causa finalis ipsorum accidentium 22
Queritur utrum omnium accidentium sint eadem principia 22
Queritur utrum substantiarum et accidentium sint eadem principia 23
Queritur utrum substantie principia sint principia accidentium 24

⟨Queritur utrum substantia eterna sit movens⟩ 25
Queritur utrum substantia eterna sit movens actu 27
Queritur utrum suo actui admiscetur potentia 29
Queritur utrum potentia istius substantie infinita sit 30
Queritur utrum si aliquid fuit eternum sit actio 31
Queritur utrum substantie sunt entes extra materiam 32
Queritur utrum substantia eterna est movens et non mota 33
Queritur de hoc quod dicit quod si componatur aliquid ex duobus si est unum ens per se reciprocum erit ens per se 34
Queritur utrum celum moveatur 35

Queritur utrum substantia eterna movet celum 36
Queritur utrum intelligentia movet celum 36
Queritur utrum anima movet celum 37
Queritur utrum a corporali motore moveatur 37
Queritur utrum substantia eterna movet celum sicut desideratum[1] et intellectum 40
Queritur utrum natura desiderati et amati sit movere et non moveri 41
Queritur utrum substantia eterna continue movet celum 42
Queritur utrum in uno possibilis est diversitas et non in simplici 44
Queritur utrum substantia eterna movet celum, et per celum alia movet 45

Queritur utrum in substantia prima est diversitas dispositionum 46
Queritur utrum celum sit diversarum dispositionum 47
Queritur utrum celum moveatur secundum introductionem formarum 48
Queritur utrum voluntas substantie eterne sua actio est 49
Queritur utrum sua substantia sit sua actio 50

[1] desideratum] desperatum MS.

PAGE

Queritur utrum deus semper est sicut nos sumus unica hora 52

Queritur utrum equalis est voluptas[1] dei | in suiipsius comprehentione vel contemplatione et delactatio[2] anime in sui ipsius comprehentione f. 5 a 1. 53

Queritur utrum delectatio vel voluptas quam habet anima in parvo tempore consistit, dei autem semper est 53

Queritur utrum deus sit vivens 56

Queritur utrum sint plura principia eterna vel dii 57

Queritur utrum hoc unum vere dicatur de deo ut dicatur 'deus est unus' 58

Queritur utrum sit continuus 59

Queritur utrum sit ab eterno 59

Queritur utrum sit in fine nobilitatis 60

Queritur utrum deus sit magnus 60

Queritur utrum deus est largus 61

Queritur utrum verissima essentia istius principii eternalis hoc nomine 'deus' convenienter nominetur 62

Queritur cujus artificis sit considerare de motibus corporum ⟨celestium⟩ 64

Queritur utrum sint plures orbes 64

Queritur utrum sunt plures orbes celestes secundum numerum vel secundum speciem 65

Queritur utrum orbes sint continui 67

Queritur utrum stelle que sunt in illis orbibus sint partes 68

Queritur utrum stelle et orbes ab eodem motu moventur 70

Queritur utrum omnes planete vel erratice cum suis orbibus ab eodem motore moventur 71

Queritur utrum secundum numerum mobilium multiplicetur numerus moventium 72

Queritur utrum quelibet celestia, tam orbes quam stelle, moveantur pluribus motibus 73

Queritur utrum orbes inferiores moventur motibus contrariis motui orbis primi 75

Queritur utrum orbes celestes in movendo differant in velocitate et tarditate 75

Queritur utrum motibus orbium et planetarum superiorum, ut Saturni, detur motus velocior quam motus inferiorum 76

[1] voluptas] voluntas MS. [2] et delectatio] delate est MS.

PAGE

Queritur utrum primo insit intellectus ⟨vel scientia⟩ 78
Queritur utrum scientia primi sit universalis 79
Queritur utrum scientia primi sit particularis 80
Queritur utrum primus sit sciens vel intelligens in potentia 81
Queritur utrum primus sit sciens in habitu 82
Queritur utrum sit sciens[1] in actu 83
Queritur utrum scientia primi est causa rerum 84
Queritur utrum scientia primi sit ejus substantia 85
Queritur utrum scire sit primo essentiale 85
Queritur utrum nobilitas inest ipsi primo 86

Queritur utrum intelligere se tantum est ei essentiale 87
Queritur utrum intelligat se per exemplar 90
Queritur utrum in essentialibus idem est res et ratio et intellectus 90
Queritur utrum ratio intelligendi intelligentiam vel aliam substantiam separatam et ipsa substantia intellecta idem sint 91
Queritur utrum primum intelligat omnia in ratione principii 93
⟨Queritur utrum primum intelligat res corruptibiles per modum esse incorruptibilis⟩ 93
Queritur quomodo verius cognoscuntur an in esse universali sive exemplari ⟨divino⟩ an in esse particulari sive actuali 94
Queritur utrum primum eodem modo sciat res ante[2] exitum ipsarum in esse aut post 97
Queritur utrum primum intelligat possibilia, ea scilicet que non sunt nec fuerunt nec erunt, possibilia tamen esse 97
Queritur utrum primum intelligat impossibilia 98

Queritur utrum primum cognoscat malum 100
Queritur utrum eadem scientia cognoscat bonum et malum 101
Queritur utrum malum mediate cognoscitur a primo 103
Queritur utrum per se vel per accidens, primo an ex consequenti, cadat in cognitione ipsius 104
Queritur utrum deus cognoscit contingentia 105
Queritur utrum scientia primi cadat supra complexa 107
Queritur utrum scientia complexi sit eadem apud ipsum 108
Queritur utrum eodem modo sciat presentia, preterita, et futura 108

[1] sciens] siens MS. [2] ante] aut MS.

PAGE

Queritur utrum consecutio intelligentie causet lassitudinem et fatigationem, scilicet intelligentie successive 108
Queritur utrum in primo sit aliquod exemplar 110
Queritur utrum in primo sit unum tantum vel plura 112
⟨Queritur utrum multitudo exemplarium possibile sit in primo per comparationem creaturarum ad creatorem⟩ 113
Queritur utrum exemplaria sunt infinita vel finita 116

Queritur utrum primum ab intelligentiis et animabus separatis cognoscatur intelligitur vel scitur 118
| Queritur utrum prima causa per se intelligitur ab intelligentia f. 5 a 2. 120
Queritur utrum delectatio vel amor cause prime ab intelligentia excellat cognitionem 120

EXPLICIUNT QUESTIONES SUPRA UNDECIMUM PRIME PHILOSOPHIE ARISTOTELIS.

Queritur utrum possit esse scientia de substantia 125 f. 3 a 2.
Queritur utrum substantia mobilis communicat in alico cum substantia imobili 126
Queritur utrum vere forme rerum sint in potentia antequam in materia producantur 127
Queritur utrum forme rerum producantur immediate a causa prima 128
Queritur utrum intelligentia agit in productionem rerum naturalium 130
Queritur utrum forme naturalium producantur penitus ab intrinseco vel ab extrinseco 131

Queritur quomodo res multiplicari habent 133
Queritur utrum eadem sint principia substantiarum et accidentium 135
Queritur utrum causa prima moveat celum 136
Queritur utrum movet celum sicut causa efficiens 139
⟨Queritur utrum moveat tanquam finis desideratum et amatum⟩ 139
Queritur utrum moveat ipsum immediate 140
Queritur utrum motor primus sit infinite potentie 144

PAGE

Queritur utrum sua essentia sit infinita 144

Queritur utrum suum intelligere sit sua substantia 145

Queritur utrum intelligat vel sciat seipsum 147

Queritur utrum ⟨se⟩ tantum intelligat 148

Queritur utrum prius scivit alia que non scit[1] nunc vel sciet postea similiter alia que nunc non scit 149

[1] scít] sit MS.

# *Incipiunt Questiones supra Undecimum Prime Philosophie Aristotelis.*

CONSIDERATIO QUID EST DE SUBSTANCIA ETC. f. 166 a 1. f. 170 a 1.

QUERITUR hic primo utrum de ente separato possit esse scientia. Videtur quod non: nichil est in intellectu quin prius fuerit in sensu, in libro *De Anima*; set res separate nuncquam fuerunt in sensu, ut scribitur in *hoc .xi.*, ergo nuncquam erunt in intellectu, ergo de ipsis non erit scientia cum non sint scibilia vel intelligibilia. AD IDEM: omne nostrum intelligere est sub continuo et tempore; set separata non sunt sub continuo et tempore, ergo non sunt intelligibilia nostro intellectu, ergo de ipsis non erit scientia. CONTRA: in *tertio De Anima*, intellectus est potentia non alligata organo quatinus omnia cognoscat. De hoc sic arguo: omnis virtus nulli organo alligata est omnium cognoscitiva; set intellectus est hujusmodi, quia ut scribitur in *tertio De Anima*, nullius partis corporis est actus, ergo intellectus omnia cognoscit. Set de omnibus que apud intellectum possunt cognosci potest esse scientia, ergo tam de separatis quam de aliis potest esse scientia. SOLUTIO: ad hoc notandum quod .7. modis possunt vel cognoscuntur res ab intellectu. Quedam enim sunt in intellectu per speciem, et hoc dupliciter; aut per speciem alterius, scilicet per speciem ymaginis, ut Hercules cognoscitur per suam speciem ymaginis in pariete depicte, aut per speciem sui ipsius. Et hoc dupliciter; aut per speciem que est ipsius ut lapis, et de tali cognitione procedunt argumenta prima, aut per speciem que est in ipso, ut anima cognoscendo differentiam sui ad species que in ipsa sunt, cognoscit seipsam. Secundo modo cognoscitur aliquid per privationem, et hoc dupliciter; aut abstrahendo privationem ab habitu, ut tenebre per privationem lucis, et punctus per

privationem continui, aut abstrahendo habitum a privatione, ut causa prima; unde videtur quod non est anima nec intelligentia nec aliqua creatura cognoscitur ⟨per⟩ ipsam quantum possibile est. Tertio modo per presentiam, ut intelligentia cognoscit se cum sibi ipsi presens, et similiter anima. Quarto modo per essentiam, ut prima causa cognoscitur per suam essentiam cum sit simplex in fine simplicitatis, nec habens speciem. Quinto modo per anologiam vel proportionem, ut materia cognoscitur per proportionem ad formam. Sexto modo per resolutionem et reductionem, et sic cognoscuntur prima in quolibet genere per resolutionem et reductionem posteriorum ad ipsa, et materia prima, et prima causa. Septimo modo per operationes et effectus potest aliquid cognosci, et sic prima causa. Et nota quod substantie separate tripliciter considerantur; uno modo ratione substantie absolute, et sic in hoc libro; secundo modo ratione et virtutis et sic in *Predicamentis*; tertio modo ratione influentie et operationis, et sic in *De Causis*. Per hoc solvuntur questiones.

Secundo QUERITUR utrum de prima causa possit esse scientia, de qua determinatur in *hoc .xi°* Et videtur quod non: omne subjectum in scientia aut est universale aut particulare; primum non est hujusmodi, ergo etc. Major patet, quia universale principium artis et scientie; minor patet, quia non ponitur de pluribus nec aliquid de ipso. AD IDEM: omne de quo possibilis est scientia habet partes et passiones que de illis probantur in illa; set primum non habet hujusmodi, ergo etc. Major patet in libro *Posteriorum*; minor per se. CONTRA: in *Methaphysica veteri* scribitur quod solus deus habet hoc senium, id est, hanc antiquam scientiam, ergo de ipso erit scientia. AD IDEM per rationem, scientia omnis est de intelligibili, ergo de magis intelligibili magis erit scientia; set primum est magis intelligibile quantum est de se, ergo de ipso magis erit scientia. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod aliquid in scientia consideratur quadrupliciter; primo modo in ratione principii ut anima, quamvis non sit naturalis, est tamen de consideratione naturalium quia principium est materia

naturalium, scilicet animalium; secundo modo in ratione partis, ut corpus mobile ad situm et ad formam sit de consideratione naturali; tertio modo in ratione passionis ut mors vita, sompnus et vigilia, et hujusmodi; quarto modo in ratione subjecti ut corpus mobile. Prima autem materia dicitur in hoc libro .*xi*°., tanquam de principio omnium eorum que in hac scientia determinantur. Per hoc possunt solvi rationes. VEL DICENDUM ad primum quod duplex est universale; quoddam est per predicationem, et sic non est primum, aliud est per causalitatem et sic potest dici primum universale principium. AD ALIUD: dicendum quod primum extendendo nomina et non proprie, et habet principia partes et passiones, principia habet non sue existentie set sue cognitionis ut creaturas, quia innata est nobis via a nobis notis ad notiora nature. Propter hoc etiam in hoc .*xi*°. determinat de principiis substantie create materialis etsi de ipsa principali non intendat, partes habet non ipsum integrantes set virtuales, non ponentes multitudinem in ipso set summam simplicitatem consequenter; passiones habet non manentes de genere, cum sunt conditiones, set quantitates principii probat necnon conclusiones de ipso in *hoc* .*xi*°., scilicet quod eternus unicus et hujusmodi.

Tertio QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera*, scilicet quod universalia non sunt principia substantie. Et videtur quod sint principia; diffinientia priora sunt et etiam causa ipsius diffiniti; set universalia sunt diffinientia, ergo universalia priora et causa ipsius diffiniti, quod est substantia. AD IDEM: .*6. Methaphysice*, eadem sunt principia essendi et intelligendi vel cognoscendi; set universalia sunt principia intelligendi singularia, quia per accidens, hoc est per universale intelliguntur, ergo etc. CONTRA: nichil quod est posterius altero est causa ipsius; set universale posterius singularibus, quia omnis communitas a singularitate procedit, ergo etc. AD IDEM: causa potest manere destructis causatis; set universalia non possunt manere destructis singularibus, ut habetur in *Predicamentis*, ergo universalia non sunt causa singularium.

Quarto, antequam solvamus, QUERITUR utrum elementa

sint principia sicut ponebant quidam. Et videtur quod sic: in .2. *De Generatione*, elementa sunt ex quibus hujus mundi constituta sunt, ergo elementa sunt principia. AD IDEM: .5. *Methaphysice*, scribitur quod elementum est ex quo res componitur; set omne tale est principium, ergo elementa sunt principia. CONTRA: materia cum duobus contrariis principium est omnium naturalium, ut probatur hic et in libro *primo Physicorum*. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod principia rerum quadruplicia sunt. Sunt quedam principia materie in esse loyico, et sic universalia sunt principia singularium in cognoscendo, tamen ipsa singularia sunt principia ex consequenti ipsorum universalium; secundo modo sunt principia in esse divino, et sic primum; tertio modo in esse mathematico, et sic punctus et unitas; quarto modo in esse naturali. Et hoc quadrupliciter; primo modo est primum principium radicale ex quo res fiunt, et hoc modo materia; secundo modo sunt principia ea que ad generationem cujuslibet generabilis concurrunt per confractionem qualitatum ipsorum, et hoc modo elementa; tertio modo sunt principia illa que sunt regulantia motum et transmutationem omnium hoc humanum, et hoc modo | .3. principia vera, materia scilicet, forma, et privatio; quarto vero modo sunt principia illa que integrant totum dissimilium partium, et sunt proxima ut principia manus, caro, et os proxima. Set Nota quod de universali dupliciter potest loqui; uno modo quantum ad oppinionem Platonis ponentis ipsa esse essentias vel ydeas separatas stantes in sui fixione per se, et hoc non est universali alico modo causa singularis, nec etiam est aliquid; secundo modo quantum ad oppinionem Aristotelis ponentis ipsum esse unum in multis, et quodam modo ipsis singularibus dependere. Per hoc rationes disolvuntur.

Quinto modo QUERITUR quare scientia est substantie
f. 166 a 2. tantum, scilicet imobilis et incarnalis, et est | substantia eterna, alia mobilis incorruptibilis, et hec est celestis; tertia mobilis et corruptibilis, et hec est substantia genera-

2 hujus] *lege* corpora hujus. 21 humanum] *l.* mundanum. et hoc modo] end of f. 170 a 1. 33 incarnalis] *l.* incorruptibilis. 34 mobilis] immobilis *MS.* 35 corruptibilis] incorruptibilis *MS.*

bilis. Et quare similiter non est .4. membrum istius combinationis, scilicet immobilis corruptibilis, quia pluribus modis non possunt combinari? AD QUOD diligenter notandum quod tres sunt substantie, sicut vissum est; una inscibilis, scilicet imobilis eterna; et duplex scibilis, quia quedam mobilis generabilis, alia mobilis eterna; et hujus ratio quia omne perfectum in tribus consistit; est hec trinitas in qualibet, tam creatore quam mundo, scilicet substantia, virtus, et operatio, set differenter, quia in primo pertinacissimam ydentitatem cum essentia nullam multitudinem generando, in creatis autem inferunt, hec adinvicem. Dico igitur quod ipsum supremum ac sublime principium habens in se hec tria, intellectualiter solum et non realiter distincta, in seipsum inspiciens, hec tria genera substantiarum producit, ita ut immobilis eterna scilicet intelligentie et anime substantie, mobilis eterna scilicet celestia virtuti, mobilis generabilis scilicet elementa inferiora, operationi respondet. Set iterum substantiis immobilibus eternis tria sunt genera increata cum creatis; quedam enim eterna eternitate absoluta ut prima causa; quedam eternitate conditionata. Et hoc dupliciter; quedam est non dependens nec indigens in suo exitu alico alio ut intelligentia; alia est indigens alico alio, ut anima. Similiter substantiarum mobilium eternarum, et hoc eternitate conditionata: duo sunt genera; quia quedam est continens et regulans alias, ut celum; quedam contenta ut orbes inferiores. Similiter mutabilium et generabilium multa sunt genera; quia quedam inanimata ut impressiones, in quibus est solum mixtionis forma, quia quedam animata in quibus est forma addita mixtionis, scilicet anime. Et hec triplices sunt; quedam vegetativa solum ut planta, alia vegetativa et sensitiva ut animalia, reliqua sensitiva, intellectiva, vegetativa, ut homines. AD QUESTIONEM annexam, dicendum quod omnes combinationes possibiles sunt, preter illam que corruptibile immobile, et hoc quia jam esset oppositio in objecto, quia omnis corruptio motus, et non e con-

8 creatore] creatio *MS.* 11 inferunt] *l.* infinitis. 20 absoluta] absoluto *MS.* 26 quedam]que autem *MS.*

trario, unde celestia per suum motum qui est ad situm non corrumpuntur, set magis in suo esse continuantur, unde eorum motus est eorum vita.

Septimo QUERITUR, cum substantia celestis sit de consideratione plurium, quomodo diversimode ab illis consideratur, et etiam QUERITUR cum hoc, utrum substantia intelligibilis et generabilis possit de consideratione divini, quia dicit *in litera* non, set de consideratione physici. AD QUOD diligenter attendendum, quod de substantia celesti multipliciter contingit loqui; uno modo in eo quod est ens et quantum ad essentiam ꝑalicam, et sic de hac determinatur in hac scientia, quia de omni ente in eo quod ens vel factura dei altissimi; secundo modo in eo quod est pars constitutionis mundane et ordinationis, et sic consideratur in *De Celo et Mundo*; tertio modo in quantum per sui motum sunt causa generationis et corruptionis, et sic in *De Generatione*. Quarto modo in quantum sunt cause impressionum fiendarum, ut galactive et hujusmodi, et sic in libro *Metheororum*; quinto modo in relatione ad motorem suum, et sic in *.v. Physicorum*; vi^to^ modo quantum ad determinatas eorum magnitudines et figuras, approximationes, elongationes, et hujusmodi, et sic in Matematicis, scilicet in Abstralogia. AD SECUNDAM partem questionis dicendum quod substantia mobilis et generabilis uno modo in eo quod mobile, et sic consideratur a *primo Physicorum*, alio modo in quantum ens vel factura dei, et sic a divino.

Octavo QUERITUR de hoc quod dicit *in litera* quod .4. sunt transmutationes vel motus: in multis autem locis dicit quod sunt .6. AD QUOD dicendum quod motus vel transmutationes possunt distingui dupliciter; vel per relationem ad genera in quibus sunt, et sic sunt .4., quia .iiii^or^. sunt genera ubi motus vel transmutatio per se reperitur, scilicet substantia, quantitas, qualitas, ubi per relationem ad tres ipsorum, et sic sunt .6., quia in substantia duo sunt termini, scilicet, esse ad quem est generatio et non-esse ad quem est corruptio, quia in quantitate duo, unum est per-

23 *l.* Astralogia. 28 transmutationes] transmutabiles *MS.* 34 tres] *l.* duos. 35 non-esse] non ad esse *MS.*

fectum ad quem est augmentum, alterum inperfectum ad quem est diminutio ; et in qualitate alteratio, in ubi secundum locum mutatio. NOTA hic, de hac quod dicit quod materia non contrariatur forma, quia materia uno modo non contrariatur quantum ad essentiam absolutam, tamen secundum quod est disposita contrariis dispositionibus sic potest contrariari. NOTA etiam hoc quod dicit ibi, scilicet quod forma non generatur, quod hoc intendit de primis formis scilicet elementalibus que communicantur ; multotiens enim dicit in *primo Physicorum* quod forma generatur, et hoc est intelligendum de posterioribus, sicut etiam quod dicit *in litera* quod ex potentia materie sunt substantia res vel entia, set non ex qualibet set alterum ex altero vivens ; per hoc materie sunt plures potentie.

HIC primo QUERITUR utrum materia sit ens in potentia vel non. Et videtur quod non, set in actu. *Secundo de Generatione* scribitur quod materia est substantia corporea ; set omnis corporeitas est forma, omne habens formam est ens actu, ergo materia est ens actu. AD IDEM : *3. Methaphysice*, quod est ens in potentia melior dici non-ens quam ens ; set materia dicitur esse ens quia alterum principiorum, non ergo est ens in potentia. AD IDEM : relata sunt simul natura ; set materia et forma sunt relata, ut habetur in *secundo Physicorum*, ergo simul natura sunt ; ⟨forma⟩ est ens actu, ergo etc. CONTRA : omne ens actu est distinctum ; set materia non est distincta, ergo non est actu. Major patet, quia actus distinguit ; minor etiam, quia in fundamento nature, id est, in materia nichil est distinctum. SOLUTIO : ad hoc dicendum quod triplex est potentia ; scilicet agentis potentia, potentia contrarii vel forme, et potentia materie. Prima triplex ; prima potentia est agentis creantis ; secunda, agentis quod est natura ; tertia, agentis quod est ars ; similiter potentia forme triplex ; una que est in abiciendo, altera que est in introducendo. Similiter de potentia materie dupliciter contingit loqui ; uno quantum ad essentiam materie

3 hac] *l.* hoc. Contra] Alia *MS.* 15 utrum] *iter. MS.* 20 melior] *l.* meretur. 33 triplex] *l.* duplex. 35 uno] *l.* unomodo.

absolutam, et hoc modo est ens in potentia et nullo aliorum modorum, et hoc modo procedebat ultimum argumentum, alio modo quantum ad suum esse quod habet sub forma, et hoc modo est ens actu, loquendo de esse actu quod est sub altero esse, et non de esse actu quod est per se et in se sicut compositum, nec de esse actu quod est esse in altero sicut forma. AD PRIMUM argumentum, dicendum quod procedit de substantia que est actu corporea, set sic non est materia solum in potentia, et sic intelligitur auctoritas. AD SECUNDUM argumentum, dicendum quod illa ratio procedit de eo quod est in potentia agentis, unde materia est quasi medium inter nichil et aliquid. AD TERTIUM, dicendum quod pro-
f. 166 b 1. cedit de materia | secundum quod habet esse sub forma et sic est actu, ut vissum est, et non de ipsa in esse essentie et absolute ; hoc enim modo est in potentia.

Secundo QUERITUR utrum potentia materie differat a se vel a sua essentia. Et videtur quod sic: in litera hujus *.xi.* innuitur quod materia unica potentie, non plures ; set unum differt a pluribus sicut causa a causato, ergo materia differt a sua potentia. AD IDEM: materia substantia est potentia omnis de genere accidentium, quia habetur in *Predicamentis* quod naturalis potentia vel inpotentia de .4. specie qualitatis est ; set substantia differt ab accidente, ergo materia a potentia. AD IDEM: potentia dicit relationem possibilem ad aliud, set materia dicit rem absolute ; set hec differunt sicut accidens et subjectum, quia relatio accidens est, ergo materia differt a potentia. CONTRA: materia et forma differunt penes primas differentias entis, que sunt actus et potentia ; set forma est actus, ergo materia erit potentia, ergo, cum sit potentia, non differt a potentia. Set etiam scribitur in *secundo Physicorum*, ubi dicitur quod materia est que tantum est ens in potentia, ergo non est aliud quam potentia, ergo non differt a potentia. Et propter hoc quia per idem solvuntur:

Tertio QUERITUR utrum plures sint potentie in materia. Et videtur quod non: ubi nulla est distinctio ibi nulla est multitudo, quia distinctio tamen est multitudinis ; set in

32 est (*ult.*)] *iter MS.* 37 tamen] *l.* causa.

materia nulla est distinctio, ergo nulla multitudo, cum non erunt plures potentie. Minor patet, quia in fundamento uno nichil est distinctum, id est, in materia. AD IDEM: si materia habet multitudinem potentiarum, aut hec multitudo est in eadem parte materie aut in alia; non in eadem, quia cum ille potentie essent opposite, jam opposita essent in eodem; si in alia, hoc est inconveniens, quia tunc quot erunt potentie tot erunt materie, et est contra textum. CONTRA: si materia esset tantum unum numero, et ejus potentia tantum unum numero, et agens tantum unum numero, tunc essent omnia unum numero. Set hoc est falsum aliquid premissorum, ergo potentie materie plures non quia una materia nec agens. AD QUOD DICENDUM quod de potentia ⟨in⟩ materia contingit loqui dupliciter; primo modo quantum de potentia ejus passiva et recipiente tantum, et hoc utatur remottissima, et per hanc se habet materia ad omnes formas per indeterminationem, et hec eadem est cum ipsa in essentia, et per hanc nullam formam actu suscipit; alia est potentia materie que dicitur conferens, obediens, vel bene passiva; et hoc quedam modo agit et ad productionem formarum disponit. Et de hac contingit loqui uno modo per relationem ad id cujus est, scilicet ad materiam, et sic iterum eadem est cum materia et una; alio modo per relationem ad que confert, et sic differens est et plures, et hoc modo diversifficatur secundum numerum generabilium et corruptibilium ad que, quorum productione disponit et confert. Per hec questiones dissolvuntur, et etiam rationes preterquam una in qua adducitur hec auctoritas, scilicet quod naturalis potentia est in .4. specie qualitatis; ad quod sciendum quod est intelligendum de potentia agentis causantis quod per sua exempla et non de potentia materie. AD PRIMAM rationem secunde questionis, dicendum quod duplex est distinctio; et similiter multitudo actus, et hec non est in materia vel habitu, et hec est in ipsa. AD SECUNDAM: dicendum quod opposita esse in eodem

1 *l.* cum nulla multitudo, ergo. 9 unum] una tantum *MS.* 14 primo modo] *iter. MS.* 20 hoc] *l.* hec. 24 ad que] *iter. MS.* 26 *l.* productionem. 32 quod] *l.* aliquod.

actu, hoc est impossibile; set esse ipsa in eodem secundum habitum vel potentiam, hoc est possibile, et sic sunt potentie in materia; unde nota quod potentia materie ad contraria in recipiendo, set non in conferendo.

QUERITUR HIC primo utrum possibile sit animalia generari per putrefactionem. Et videtur quod non: post quod non est ultima corruptio non est ultima generatio, quia omnem generationem sequitur corruptio: set post putrefactionem non est ultima corruptio, quia scribitur in *secundo Metheororum* quod putrefactio est finalis corruptio, ergo, post putrefactionem non erit generatio, et ita non generatur aliquid per putrefactionem. AD IDEM: animalia generantur per propagationem, set elementa per conversionem, quia unum convertitur in alterum; set si alica animalia generarentur per putrefactionem, tunc generatio eorum esset per conversionem sicut elementorum, quia animalia converterentur in putrefactis et putrefacta in animalibus. AD IDEM: in omni generatione generans dat formam et speciem generato; si igitur esset generatio animatorum per putrefactionem, tunc illa haberent formam et speciem solis, quod est inconveniens, quasi sol esset eorum generans. AD OPPOSITUM sunt auctoritates phisicorum. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod materia sit generatio substantiarum, ut in sequenti questione planius videbitur. Uno modo generatio fit per simplicem conversionem, et hec est generatio elementorum, scilicet quando unum transmutatur in alterum, ut aer in ignem; secunda est per mixtionem elementorum, et talis generatio est mixtorum, ut impressionum; tertia est generatio per purgationem, scilicet seminis desisionem, et hoc est animalium perfectorum; .4. est per putrefactionem, et hoc est animalium imperfectorum ut vermium et hujusmodi; in hac enim generatione est generans universale quod est, nec est ibi particulare. AD PRIMAM rationem, dicendum quod post putrefactionem non ulterior corruptio

13 propagationem] vagationem *MS.* 21 quasi] quia si *MS.* 22 phisicorum] *sive* philosophorum. 29 *l.* propagationem. 29, 31 hoc] *l.* hec.

ejusdem, scilicet quod putrefit, et sic intelligitur auctoritas; potest tamen esse ulterior corruptio alterius ejus, scilicet quod ex illa putrefactione generatur. AD SECUNDAM: dicendum quod generatio elementorum non est in generatione per putrefactionem, quia ista fiunt putrefacta ex animalibus, set eadem animalia non generantur ex putrefactis set alia, ut ex carne putrefacta equi generantur vermes, et non e contrario. AD .3.: dicendum quod procedit de generatione facta per propagationem, id est per seminis desisionem.

Secundo QUERITUR utrum in generatione per putrefactionem fiat conveniens vel simile ex convenienti vel simili. Hoc consentit Commentator supra hunc locum. Et videtur quod non: quia in omni generatione ubi generatur simile vel conveniens ex simili, contrarians dat formam contrariato: set sol est generans in hac generatione, ut vissum est prius, ergo sol daret formam suam pro generatis per putrefactionem, quod falsum est. AD IDEM: in omni tali generatione, scilicet similis et convenientis ex simili vel convenienti, generans | dat materiam generato, set sol non dat materiam f. 166b 2.
hujusmodi generatis, ergo in generatione per putrefactionem non generatur conveniens ex convenienti. CONTRA: dicit Commentator quod virtus que est in semine desiso, et virtus que est in materia putrefacta, non differunt nisi in hoc quod hec, scilicet virtus putrefactorum est a sole solum, illa autem a sole et homine, ergo si in una fiat generatio convenientis ex convenienti, et in alia. SOLUTIO: primo notandum quod convenire vel assimilari in specie dupliciter dicitur, quia species uno modo nominat formam substantiam et virtutem, alio modo virtutem solum. Hoc modo, NOTANDUM quod quedam est generatio accidentium, et hec est secundum quid et non simpliciter, et in nullo non generatur ex simili, nec a parte generantis nec a parte materie, quia materiam ex qua non habent. Alia est generatio animalium, resolvendo ad presens conversionem simplicem elementorum et eorum mixtionem per confractionem suarum qualitatum, que proprie loquendo non sunt generationes. Hec igitur

29 quia species *iter. MS.* 32 generatur] *l.* generantur.

que propria est generatio, scilicet animalium, duplex est; quedam unicam, et hec est generatio hominis ex homine, in hac, scilicet, deciditur semen ex animalibus ejusdem speciei, et in hoc omnibus generatur simile ex simili sicut tam a parte ejus a quo, scilicet generantis particularis quam a parti ejus ex quo, scilicet materie, et hoc nominando speciem non substantiam vel formam, set virtutem. Et de hac procedunt prima .2. argumenta. Alia est generatio univoca, et hec est duplex; quedam enim est in qua fit decissio seminis ex diversis animalibus in specie, ut eque et assini ad generationem muli; alia est in qua nulla fit decissio seminis, ut in generatione putrefactorum; et istis duabus ultimis generatur conveniens vel simile ex sibi simili, in specie, ita ut species nominet virtutem et formam. Et hoc a parte ejus ex quo, scilicet materie, et non a parte generantium: species enim muli differt a specie assini et eque, que ut generans particulare et a specie solis que est generans; particulare enim generans non habet. Per hec ad plenum nunc solvuntur rationes.

Tertio QUERITUR utrum generatio istorum, scilicet generatorum per putrefactionem, sit a natura vel a cassu. Quod non sit a natura videtur: omnis effectus naturalis a natura productus est et intentus, set generatio istorum non intenditur a natura, set est preter intentionem nature, ut habetur *in litera*, ergo a natura non est hec generatio set a casu. AD IDEM: omnis effectus raro et in paucioribus eveniens est a cassu, ut in *secundo Physicorum* scribitur; set hec generatio raro est et in paucioribus ut patet de se, ergo etc. CONTRA: omnis actio cujus principium natura est naturale; set hec generatio est hujusmodi, ut patet per se, ergo etc. SOLUTIO: dicendum quod eorum que fiunt, quedam fiunt ab agente precogitando, et hoc dupliciter; quedam ab intellectu creato, ut creatio, quedam ab intellectu increato, ut artificialia: hec ad presens relinquimus. Alia fiunt a natura, et hoc dupliciter; quedam a natura universali tantum,

2 unicam] *l.* univocam. 4 sicut] *l.* sibi. 12 duabus] .2. duobus *MS.* 16 ut] *l.* est. 17 *l.* generans universale. 33 creato] *l.* increato; increato] *l.* creato.

quedam a natura particulari juvante universali. Que fiunt ab universali tantum intenta sunt ab ipsa, set non a natura particulari, et propter hoc talis effectus minus est naturalis, nec proprie et per se naturalis, sicut generatio putrefactorum. Set effectus qui fit a natura particulari, universali juvante, proprie et per se naturalis, quia a qualibet natura intenditur, tam universali quam particulari, ut generatio hominis in qua est agens universale, ut sol, et particulare, ut homo. Per hoc solvitur prima ratio, quia non omnino sunt non intenta natura, et sic quodammodo casualia, quodammodo naturalia. AD SECUNDUM: dicendum quod raro accidere, hoc est dupliciter; vel in relatione ad tempus, et sic est verum, vel in relatione ad causam, et sic semper accidit sepe; vel dicendum ut prius. Et NOTA hic quod efficiens est ipse sol, scilicet generationis putrefactorum, materia autem caro putrefacta; finis autem est manifestatio potentie creantis qui talem virtutem celestibus incidit, ut per illam qui talem in multitudinem producit ipsum multo majorem lune ymaginentur creature, et ipsum teneant et diligant, ut hiis mediantibus ipsius dulcissima atque gloriossa bonitate in perpetuum perfruantur.

Quarto QUERITUR utrum materia sit secundum quam hoc aliquid videtur, sicut dicitur *in litera*. Et videtur quod non: scribitur in *secundo De Anima* quod sensus est acceptivus specierum que sunt in materia preter materiam tantum, ergo species est idem quo res sentitur, ergo ulterius quo videtur, non ergo materia. AD IDEM: si materia esset secundum quam hoc aliquid videtur, tunc omnia habentia materiam viderentur; quod falsum, ut substantie spirituales. AD OPPOSITUM est hic auctoritas et in *De Celo et Mundo*, ubi scribitur quod omne sensile sensibile est per materiam. SOLUTIO: distinguendum est primo quod duplex est materia, sicut prius *in Physicis* vissum est; quedam est non subjecta contrarietati, motui, nec transmutationi, et hec est spiritualis, et de hac non intelligitur auctoritas; alia que non est subjecta transmutationi set motui, ut celestis; tertia subjecta hiis

1 juvante] unente *MS.* 10 casualia] caualia *MS.* 17, 18 qui] *l.* que. 18 in] *l. forsan* virtutem. 19 lune] *l.* luna. 25 preter] prima *MS.*

omnibus ut elementaris, et de istis duabus intelligitur auctoritas. Similiter distinguendum est a parte vissionis; est enim ibi quod videtur et hoc est appositum, et qua videtur. Et hoc est dupliciter; aut in ratione formali, et hoc est forma accidentalis vel species, unde ydolum non videtur; set est medium videndi; aut in ratione originis et radicis, et hoc est materia; sine enim materia nichil sentitur, set sine materia et cum potentia intelligitur, abstrahendo tamen a materia; materia enim origo est principalis et fundamentum accidentium per se sensibilium per que substantia sensitur, unde durante materia ipsa manent et corrupta corrumpuntur forme sicut concurrunt, quia maximam dat esse accidentale genus plenitudinem, unde per formam principaliter et per se compositum intelligitur, et per materiam scitur, ut alibi planius reserabitur. Per hoc solvuntur rationes.

Quinto QUERITUR utrum materia et forma simul sint composito: dicitur enim *in litera*. Et videtur quod non sint simul, set priora: simplicia priora sunt composito, illud scilicet, quod ex illis componitur; set materia et forma sunt simplicia ex quibus sunt omnia composita, ergo priora sunt ipsis, non ergo simul. CONTRA: quecunque simul
f. 167 a 1. ponuntur et permutantur simul sunt | et non secundum prius et posterius; set materia, forma et compositum sunt hujusmodi, ergo etc. Major patet de se; minor etiam apparet, quia esse forme est in materia, et esse materie sub forma, et hoc est oppositum, ergo omnia ista simul sunt. SOLUTIO: dicendum quod de materia et forma dupliciter contingit loqui; uno modo quantum ad eorum essentiam absolute, et quantum ad potentiam remotam quantum ad generationem et transmutationem, et sic priora sunt; alio modo quantum ad esse actuale et quantum ad proximam potentiam, et sic simul sunt. Per hoc solvuntur rationes.

QUERITUR hic primo utrum intellectus corrumpatur corpore corrupto; innuit enim *in litera* quod non. Et videtur

11 manent et corrupta] manolium et corrupcio et *MS.* 19 simplicia] simplicis *MS.* 27 oppositum] *l.* compositum. 35 videtur] queritur *MS.*

quod sic; corrupto uno relatorum corrumpitur relicum; set anima intellectiva et corpus sunt relata quia anima est actus totius corporis entis in potentia ad ipsum, set actus et potentia relata, ergo anima et corpus, ergo corrupto corpore corrumpitur anima intellectiva. AD IDEM: scribitur .2. *Topicorum*, moventibus nobis et similiter corruptis moventur vel corrumpuntur ea que in nobis sunt; set anima intellectiva est in nobis, ergo etc. AD IDEM: si oppositum de opposito, et propositum de proposito; set ingressus anime in corpore et regressus ejus sunt contraria, similiter generatio ejus et corruptio sunt contraria; set ingressus est ejus generatio, quia creando infunditur, et infundendo creatur, ergo regressus erit ejus corruptio. AD IDEM: scribitur in . . . . . quod corrupta deferente corrumpitur delatum; set corpus est deferens ipsam intellectivam animam, ergo etc. CONTRA: ad nullius corruptibilis corruptionem sequitur incorruptibile; set corpus est corruptibile, intellectus autem incorruptibilis, ut patet in *De Causis* et in *De Anima* et *in hac litera*, ergo etc. AD IDEM: quecunque diversa principia habent sui exitus et diversa principia habent sue conservationis, post exitum si unum corrumpitur non est necesse alterum corrumpere; set intellectus et corpus sunt hujusmodi, quia intellectus ad extrinseca, in *Commento supra hunc librum .xi.* et in *De Animalibus*, corpus autem a natura, et etiam eadem sunt principia esse continuationis et conservationis; ergo si corpus corrumpitur, non propter hoc intellectus. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod de intellectiva anima est loqui dupliciter; uno modo in quantum est forma, et hoc modo est actus corporis et sic non est separabilis, et hoc modo correlative determinatur corpus, sicut procedebat; quedam non; alio modo in quantum est essentia vel substantia, et hoc modo est hoc aliquid, et hoc etiam modo duplici in quantum potentialis, et hoc modo proprie naturaliter est, et sua operatio que est intelligere sic per administrationem fantasmatum et sic est corruptibilis, et de illo quod intellectus corrupto quodam inferiori, id est fantasmate a quo dependebat; alio modo in

14 *Blank in MS.* 23. *l.* ab extrinseco. 33 *l.* dupliciter. 35 sic[1]] *l.* fit.

quantum est agens, et sic non est proprius anime conjuncte corpori set separate; non enim intelligit per administrationem fantasmatum set per completam reductionem ad essentiam suam et exemplaria similiter intelligere non corrupto, set quodammodo innovatur. Per hoc solvitur argumentum. AD SECUNDUM: dicendum quod corruptis nobis corrumpuntur que in nobis sunt et ex nobis, ut anima vegetativa et sensitiva; set non propter hoc corrumpuntur ea que in nobis sunt solum et non ex nobis, ut intellectus. AD TERTIUM: dicendum quod ingressus anime in corpore est ejus generatio non tamen ejus generatio ab ingressu set ab alio, unde hec non est predicatio causalis set per simultaneitatem vel concomitanciam. AD .4.: dicendum quod quoddam est delatum quod ex principiis defferentis, et de tali intelligitur auctoritas; aliud quod non, ut intellectus.

Secundo QUERITUR utrum corrupta intellectiva in homine corrumpitur sensitiva et vegetativa. Et videtur quod non: corrupto posteriori non corrumpitur prius, set intellectiva est posterior istis duabus, ergo ipsa corrupta non propter hoc corrumpitur. AD IDEM: quecunque tempore dissonant non est necessario si unum corrumpitur quod alterum; set hec tres potentie sunt hujusmodi, ergo etc. Minor patet, quia dicit Augustinus in suo libro *De Anima* quod prius vivit embrio quam sit animal, et prius est animal quam homo. CONTRA: omnis virtus anime sibi determinans partem organizatam in corpore, illa parte corrumpitur ex quo in alia non habent esse; set sensitiva et vegetativa sunt hujusmodi, ut patet de se, ergo corrupto corpore vel parte corporis, corrumpuntur, set corrupta intellectiva, que est perfectio totius corporis, corrumpitur totum corpus, ergo corrupta intellectiva corrumpitur vegetativa et sensitiva. AD IDEM: omnis forma que ex principiis corporis oritur simul cum corporalis corrumpitur; set sensitiva et vegetativa sunt hujusmodi, ergo etc. Major patet, quia eadem principia compositionis et relationis; minor patet in *hoc. xi.* et in *De Anima.* AD HOC dicendum quod ille due potentie dupliciter possunt considerari; aut per comparationem

27 habent] *l.* habet.

ad actus et objecta sua, et sic corrumpitur; aut per comparationem ad suum subjectum. Et hoc modo dupliciter; aut ad subjectum in quod comparantur, quod est corpus, et sic corrumpitur corrupto intellectu, quia corruptum est ipsum corpus; aut per comparationem ad subjectum in quo radicantur et ad quod refferantur, quod est anima et sic non corrumpitur, quia potentie sunt diverse et unica substantia, ut jam videbitur. AD PRIMUM argumentum, dicendum quod duplex est posterius; scilicet tempore, et sic non est vegetativa et sensitiva posterior set prior; alio modo natura, et sic intellectiva prior, unde si esset posterior natura bene procederet ratio. AD SECUNDUM: dicendum quod non fit corruptio vegetative et sensitive, propter regressionem intellective ut a tota causa set propter corruptionem ipsius corporis ex cuius principiis educuntur.

Tertio QUERITUR utrum iste | .3. potentie scilicet intel- f. 167 a 2
lectiva, sensitiva, vegetativa, prout sunt in eodem, scilicet in homine, sint eadem in substantia, natura, vel essentia. Et videtur quod non: corruptibilis et incorruptibilis non est una essentia, set hee sunt sicut corruptibile et incorruptibile, ergo non sunt eedem in substantia. Major patet, quia quorum est eadem essentia, si unum corruptibile et alterum; minor patet in *De Anima*, ubi dicitur quod intellectiva separatur ab aliis, ut perpetuum a corruptibili. AD IDEM: *secundo Physicorum*, completum cum incompleto non coincidit; set in intellectiva completa sunt due incomplete, ut sepe dicitur a philosophis, ergo in unum nec in unam essentiam vel substantiam non coincidunt. AD IDEM: scribitur in .2. *Thopicorum* quod si unum assignetur alteri in esse vel in tempore, dissonat materiale; set inter illa est dissonantia in tempore, ergo unum ⟨non⟩ potest in esse reciproco nec ambo alteri. CONTRA: omnes virtutes que sese adinvicem retrahunt et prohibent, in eadem substantia radicantur; set ille sunt hujusmodi, ut patet, quia maxima delectatio sensus retrahit ad intellectum, et etiam inde retrahendo retrahitur unica ab alia. Hoc patet per auctoritatem

1, 4, 7 *l.* corrumpuntur. 21 sunt sicut] solum sint *MS.*

Augustini, dicentis in suo libro *De Anima* quod sicut illa, scilicet vegetativum, sensitivum, intellectivum, mens, ratio, et hujusmodi nominibus sunt distincta, non tamen realiter. SOLUTIO: ad hoc notandum quod quidam dicunt quod duplex est vegetativa et sensitiva; quedam sunt que sunt concreate cum ipsa intellectiva, alie sunt que ex principiis corporis oriuntur, et sunt disponentes ad intellectivam, et hee non sunt eedem in substantia cum intellectiva, set prime que perficientes sunt respectu illarum dispositionum eedem sunt in essentia vel substantia. Set credo quod nichil sit, imo quod iste due prime ex principiis corporis omni modo oriantur; et hujus est ratio quia semper Aristoteles et alii philosophi vocant istas esse materiales. Propter hoc Notandum quod tripliciter dicitur aliquid materiale; uno modo quia materialiter habet partem sui, ut corpus; secundo modo quia ex materialibus principiis de potentia in actum educitur, ut vegetativa et sensitiva; tertio modo quia cum materiale oritur, ut intellectiva: primo modo proprie materiale, secundo minus, tertio minime. Sicut igitur ille due potentie essent concreate, sicut dicunt, tamen minime, materiales recte vocarentur sicut intellectus, quia minime essent materiales sicut intellectus. Ad habendam igitur perfectam solutionem questionis, Notandum quod differunt hec essentia et substantia natura; essentia enim est veritas rei, vel quiditas nomine absolute, substantia est rei integritas, et ita addita substantia super essentiam; set natura addit istis potentiam naturalem rei per quam est agere vel pati. Dico ergo quod ille .3. potentie sunt essentie quia unum habent esse secundum se proprium, nec in exitu communicant, unde in se diverse sunt; similiter tres nature, quia diverse operationes ab illis egrediuntur, set una substantia sunt. Materia tamen et forma diverse sunt essentie, sic et ibi intelligatur. AD .1. argumentum, notandum quod quedam sunt differentie entis ut materia est, ut corruptibile et incorruptibile, et de istis deberet concludi, 'ergo non sunt unica natura', et hoc verum est, et non 'ergo non sunt unica substantia', alie sunt

1 sicut] *l* licet. 6 intellectiva] intellecta *MS.* 17 cum] sum *MS.* 23–4 substantia] *iter MS.* 28 essentie] e contrario *MS.*

differentie nature ut ens est; ut sunt unum, multa, substantia, accidens, et hujusmodi; et de hiis dicit, 'ergo non sunt unica substantia vel essentia'. Per hoc solvitur secundum, quia completum in eadem essentia non coincidit cum incompleto, set in eadem specie coincidit ut forma cum materia. Per hoc ad tertium, quia possunt dissonare in tempore ut essentie sunt vel nature.

Quarto QUERITUR de hoc quod dicit Commentator expresse, quod intellectus ab extrinseco est. Ad quod diligenter Notandum quod vegetativa et sensitiva a virtute dispositione existente; set a soluto comprehensiva, et ita a natura sunt et omnia alia que in nobis sunt per influentiam tamen primi motoris. Solus autem intellectus ab ipso est, et hoc est quia finis omnium naturalium, ad hoc enim tendunt omnia naturaliter movente; unde scribitur quod corpora supercelestia moventur propter elementa, elementa propter mixtum, etc., et omnia propter intellectivam. Cum ergo sit finis, oportet quod sit melior et nobilior omnibus hiis que sunt ad finem, scilicet omnibus naturalibus; set natura melius et nobilius quam naturale non posset producere, et ita, si esset a natura, naturale esset nobilius naturali, quod est impossibile. Oportuit igitur quod esset a summo bono per creationem, et ita ab extrinseco. NOTA hic quod dicit Commentator, quod omnes proportiones et forme sunt minima in potentia que sunt motores primo in actu, in quo videtur error implicari. Set Nota quod hoc 'quo' non tenetur latine set causative, unde 'que' non 'quia'. Nota ad completionem predictorum quod hec propositio 'omne quod fit, fit ex sibi simili vel convenienti specie' tribus conditionibus verifficatur. Prima est quod oportet quod illud sit per se agens, non sicut instrumentum; per hoc videtur actio baculi facientis detonationem in percutiendo, non tamen eam habet; secunda quod oportet quod sit agens proximum non remotum, per hoc removetur actio solis in generatione animalium per putrefactionem; tertia est quod

15 naturaliter] *l.* naturali virtute. 26 hoc] ? li *MS.* 28 omne] cause *MS.* 29 fit[1]] sic *MS.* 30 verissifficatur *MS.* 31 instrumentum] institutum *MS.*

agens sit essentiale non accidentale, per hoc removetur accidentium ⟨actio⟩.

QUERITUR hic primo utrum accidentia habent principia. Et videtur quod non: cujuscumque sunt principia sui esse
f. 167 b 1. ipsum est ex hujusmodi principiis aggregatum; set | accidentia non sunt aggregata, ergo non habent principia. Major patet, quia esse rei nichil aliud est quam aggregatio principiorum suorum; minor patet in 7. *Methaphysice* ubi scribitur quod illud quod alicui inheret non est aggregatum. AD IDEM: omne habens principia vere habet esse per illa; set accidentia non habent vere esse, ergo non habent principia: major patet in *primo Physicorum*, quia principia sunt que seipsis sunt et alia per ipsa; minor etiam in eodem scribitur. CONTRA: quecunque sunt sunt principia aut principiata; set accidentia non sunt principia quia posteriora sunt, nec sunt seipsis, ergo sunt principiata; set omnia principiata habent principia, ergo etc.

Secundo QUERITUR utrum habeant formam. Videtur quod non: forme non est forma; set accidentia forme sunt, ergo etc. AD IDEM: si haberent formam haberent materiam, quia ista sunt correlativa, et ita essent quod vere est, quod est falsum. CONTRA: omne distinctum ab alio habet formam; set distincta sunt diversa et separata, ergo etc. Minor patet, quia forma dat esse, distinguit, et perficit.

Tertio QUERITUR utrum habeant materiam. Et videtur quod non: materia est ex qua res fit et componitur, ergo si haberent materiam, ex illa fierent et componerentur; set non sunt composita, set inherentia composito. AD IDEM: si haberent materiam fierent ex sibi convenienti, et ita accidens ex accidente, et sic in infinitum, quod est inpossibile. CONTRA: scribitur in *hoc .xi°.* quod substantia prima est extra materiam, et hoc quia posterior actus est, ergo cum nulla creatura sit posterius actus, nulla creatura erit extra materiam, set omnia materiam habebunt, tam substantie quam accidentia. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod de

14 principiata] principia *MS.* posterius] *l.* purus. 24 perficit] perfiat *MS.*

accidentibus est loqui quadrupliciter. Uno modo loyice, et sic pro esse ipsorum est esse intentionis, et sic principia eorum sunt genus et differentia; unde sunt species et genera subalterna, accidentia autem per aggregationem differentiarum cum genere in quolibet predicamento accidentium, sic fit in genere substantie. Secundo modo metaphysice, et sic similiter genus et differentia sunt principia eorum, set differenter, quia in quantum metaphysice consideratur, sic sunt essentie simplices et separate, et prime intentiones nominantur; set in quantum loyice sic sunt intentiones supra illas essentias fundate, et vocantur secunde intentiones. Tertio modo methamathice, et sic sunt principia ipsorum unitas et punctus; unitas principium compositionis, punctus principium abstractionis. Quarto modo naturaliter, et sic materia [substantia] cum forma causa est omnium eorum, sicut dicit in *primo Physicorum*. .5. modo sunt principia sue partitionis, ut perspicium causa partitionis coloris, unde color est extremitas perspicui in corpore terminato. 6. modo sunt principia principia causalitatis et hec effectiva, ut color adurens eliminat nigredines et debiliter agens albedines, et sic de aliis. Per hec patent questiones et earum rationes intuenti, tamen ad majorem primi argumenti dicendum quod alicujus sunt principia ipsum interroganti, et sic substantie habent principia, scilicet materiam et formam, et non accidentium. Alio modo sunt principia alicujus a quibus est fluxus et error ejus, et sic materia et forma principia accidentium. VEL potest dici ad minorem, quod duplex est aggregatio, scilicet materia cum forma, et sic in substantia; vel differentie cum genere, et sic in accidente. Per hoc ad secundum. NOTA tamen propter hoc quod dicit quod principia seipsis sunt, quia seipso esse id quod est, dupliciter; aut effective vel formaliter, et sic principia; aut formaliter tantum, et sic principia in quolibet genere, et alia per ipsa. AD SECUNDAM questionem, dicendum quod et formale principium habent, loquendo non proprie, set secundum proportionem ad illud quod est in

15 cum] *iter. MS.* 17 *l.* perspicuum. 21 albedines] albedinis *MS* 23–4 interroganti] *l.* integranti. 25 *l.* accidentia.

substantia. Iterum loquendo formale proprie, principium habent, non tanquam integrans ipsa, set tanquam originem et radicem a qua fluunt. AD PRIMAM rationem, dicendum quod forme non est forma in eodem genere, set in alio non est inconveniens, unde forme accidentalis est forma substantialis tanquam sustinens ipsam et causans. VEL dicendum altero modo accidendi, et accidens non est forma set compositum ex genere et differentia. AD SECUNDAM: dicendum quod procedit de unione forme proprie, scilicet substantialiter cum materia. AD TERTIAM questionem, dicendum quod habere materiam dupliciter; uno modo habere materiam, id est, materiale, et sic habent accidentia, scilicet genus; alio modo habere materiam proprie. Et hoc modo dupliciter; aut extra (et hoc modo dupliciter; aut compositive et sic non habent, aut originaliter et sic habent), aut in qua, et sic similiter habent, quia subjectum. AD PRIMAM rationem, dicendum quod procedit de materia naturali que proprie est materia, set non habent hanc proprie pro parte, ut vissum est, set pro principio. AD SECUNDAM: similiter dicendum quod non oportet quod fiant ex sibi convenienti, quia non fiunt ex illa compositive, set in illa et ab illa originaliter et efficaciter, et hoc etiam in quantum est actu sub forma, unde subjectum est materia accidentium.

Quarto QUERITUR que sit causa finalis ipsorum accidentium, quia de aliis vissum est. Ad quod disputationem relinquendo, dicendum quod unus finis fuit, ut cognoscerentur substantie, quia accidentia maximam partem conferunt ad cognoscendum quid est; secundus finis est decor, decensia, et congruitas rerum naturalium in sensus operationibus.

Quinto QUERITUR utrum omnium accidentium sint eadem principia. Et videtur quod sic: omnium substantiarum eadem sunt principia, ergo similiter et omnium accidentium. AD IDEM: accidentia prius conveniunt inter se quam cum substantiis; set eadem sunt principia substantie et accidentium, ut superius vissum et inferius videbitur, ergo eadem erunt omnium accidentium. CONTRA: corporalis

14 extra] *l.* ex qua.

et incorporalis non sunt eadem principia, set accidentium quedam corporalia, ut album, nigrum ; quedam incorporalia, ut tempus, motus ; ergo eorum omnium non erunt eadem principia. Et ut hec questio ad plenum solvatur ibi :

Sexto QUERITUR utrum substantiarum et accidentium sint eadem principia. Et videtur quod non : quorumcunque sint eadem principia ipsa sunt ejusdem comprehentionis | vel f. 167 b 2. cognitionis, quia eadem sunt principia essendi et cognoscendi ; set substantie et accidentia non sunt ejusdem comprehentionis vel cognitionis, quia substantia per se intelligitur, accidens per aliud. Similiter accidens per se scentitur, substantia per aliud, ergo istorum sunt eadem principia. AD IDEM : quorumcunque sunt eadem principia ipsa sunt eadem ejusdem generis, quia in quolibet genere sunt principia alia a principiis alterius generis ; set substantie et accidentia non sunt unius generis, ergo istorum non sunt eadem principia. CONTRA : quiquid est causa cause, est causa causati ; set substantia et principium et causa est accidentium, ut vissum est, ergo principia substantie principia erunt accidentium, ergo eadem erunt principia substantie et accidentium. SOLUTIO : ad hoc dicendum quod de principiis accidentium est loqui dupliciter ; scilicet aut de remotis, scilicet a quibus fluant originaliter, et hec sunt materia et forma naturalis, et hoc modo omnium accidentium sunt eadem principia, et etiam substantie et accidentium, aut de proximis ; et hoc modo dupliciter ; aut secundum rem, et sic non sunt eadem principia propinqua, scilicet nec omnium accidentium, nec substantie et accidentium, set alia et alia ; aut contingit loqui de istis secundum proportionem, et sic eadem sunt substantiarum et accidentium, quia hec tria sunt in quolibet genere, scilicet forma, privatio, materia, secundum proportionem, tamen secundum rem diversa sunt ; unde in substantia sunt forma, materia, privatio, proprie dicta et substantialia ; in colore album pro forma, nigrum pro privatione, superficies pro materia, et sic in aliis. Hec sunt exempla litere. Per hoc solvuntur questiones et etiam rationes perscrutanti.

7 sint] *l.* sunt. 11 *l.* sentitur. 17 *l.* quicquid.

AD PRIMAM tamen dicendum quod procedit de remotis principiis, vel dicendum quod fallit quia substantia est unum genus, non tamen accidentia. AD SECUNDAM similiter dicendum quod eodem modo quo sunt principia substantie et omnium accidentium, eodem modo sunt principia eadem omnium accidentium, scilicet remota. AD PRIMAM secunde questionis, dicendum quod essent eadem principia propinqua et eodem modo substantie et accidentium, item ejusdem essent cum principiis ut ratio procedebat, set non sunt, ut vissum est. AD SECUNDAM similiter dicendum quod quorumcunque sunt proxima principia, secundum rem ipsa sunt ejusdem generis.

Septimo, propter evidentiam predictorum, QUERITUR utrum substantie principia sint principia accidentium. Et videtur quod non: principia proportionalia et unigenea sunt principiis, *.iii. De Celo et Mundo*; set principia substantie non sunt proportionalia nec unigenea accidentibus, quia principia substantie substantie sunt, ergo principia substantie non sunt accidentium. AD IDEM: ex non-substantiis impossibile est substantiam fieri, ut volunt philosophi, ergo autem ex non-accidentibus inpossibile est fieri accidens; set principia substantie substantie sunt, ergo ex ipsis non fiet accidens, ergo etc. CONTRA: *.7. Metaphysice* scribitur quod substantia est causa esse et essentie istorum, scilicet accidentium, ergo principia substantie principia accidentium erunt. AD IDEM: in *isto .xi°.* et in *primo Physicorum* scribitur quod omnia ex attributione se habent uni primo quod est materia, ergo materia erit principium omnium tam substantiarum quam accidentium. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod principia substantie sunt principia accidentium tanquam ea a quibus fluunt et oriuntur, non tamen tanquam ea a quibus componuntur et integrantur. Unde Nota quod, ut scribitur in *.2. De Generatione*, omnes qualitates posteriores a primis qualitatibus elementorum generantur; exitus autem istarum .4. qualitatum per concreationem in materia ipsorum elementorum, in qua etiam concreatione fluxerunt forme substantiales ipsorum que

20–1 ergo autem] *l.* similiter et.

nobis innominate sunt. Unde accidentium duplex est exitus; primus qui est per influentiam vel concausationem, et hic est priorum qualitatum, secundus qui fit ⟨per⟩ materiam, et hec est posteriorum que de potentia compositi educuntur. AD PRIMAM rationem, dicendum quod major vera est de principiis proximis intrinsecis; set sic non sunt principia substantie principia accidentium, ut sepe vissum est. AD SECUNDAM, dicendum est quod non ex accidentibus non fiunt accidentia, nisi effective et non compositive vel materialiter, unde accidentia a primis substantiis oriuntur et fluunt, nec ex eis componuntur.

QUERITUR hic primo de secunda conclusione 'eterna eternitata absoluta probatur' que est quod illa substantia eterna est movens actu, quia prima conclusio, que est quod aliqua substantia eterna, multis rationibus a philosophis verificatur. Et propter hoc ad presens illam relinquimus, et de illa secunda conclusione primo QUERITUR utrum ipsa substantia eterna sit movens. Et videtur quod non: scribitur *.3. et .4. Physicorum* quod mobilis et moventis unus est actus; set nullus actus communis est creatori et creature, ergo creator non erit movens, cum creatura sit mobilis. AD IDEM: scribitur *in litera* quod prima causa movens est per intellectum, et in libro *De Causis* scribitur quod substantia prima uniformiter se habet ad omnia creata, ergo per istam auctoritatem, si non est movens omnia, ⟨nec⟩ aliqua; set prima causa non movet omnia, quia non intelligit omnia, quia in *hoc .11.* scribitur quod si omnia intelligeret vilesceret, ergo non movet aliqua, ergo non est movens. AD IDEM: motor ad mobile coartatur et ei appropriatur; set substantia eterna non coartatur nec appropriatur alicui cum sit purus actus, ut patet in *hoc libro*, ergo ipsa non est motor nec movens. Major patet, quia inter movens et mobile oportet esse aliquam proportionem et appropriationem, ratione quorum hoc movet, illud movetur, sicut inter agens et patiens; unde, nisi esset inter illa aliqua

4 hec] *l.* hic. 8 *l.* ex non-accidentibus. 13 *l.* eternitate. 27 .11.] enim *MS.*

proportio et appropriatio, nuncquam esset inter illa aliqua actio et passio. CONTRA: quod est causa productionis rerum, illud est causa conservationis earundem; set causa
f. 168a 1. prima est hujusmodi, ergo et erit causa conser|vationis. Set celestia conservantur per motum, ut scribitur in *commento hujus libri*, ergo causa prima erit causa motus horum celestium, ergo est movens. AD IDEM: ens dividitur prima divisione per agens et patiens. Set primum non est patiens, ergo agens; set omne agens est movens, ergo primum est movens. SOLUTIO: antequam questio solvitur est hic attendendum quod omnes conclusiones que de substantia eterna probantur per rationes sumptas a posteriori ostenduntur cum ipsa sit prima omnium; et etiam Nota quod multotiens in hoc capitulo de isto eterno in plurali loquitur, quia nondum de numero istius substantie est determinatum, set in sequenti capitulo reserabitur una sit vel plures. Set propter solutionem questionis, Notandum quod ipsius substantie eterne duplex est operatio; una que est ab ipsa et in ipsam vel ad ipsam, et hec est intelligere; alia que est ab ipsa et in aliud vel ad aliud, et hec est multiplex. Una est propter productionem et hec est duplex; aut propter productionem in se et sic causare, aut in altero et sic concausare. Secunda est influere, que est propter confluxionem, unde causare entium completorum et causare principiorum et partium; set influxio passionum et accidentium, ut tempus et motus ipsi primo mobili influuntur, intelligentie et celum creantur, forma et materia ipsis primis corporibus causantur. Tertia est operatio que est propter continuationem, et hec est movere, unde movet celestia propter continuationem eorum, et etiam propter exitum et continuationem inferiorum, unde hec .5. operationes ordinate sunt, ut patet speculanti. Set propter solutionem rationum, Notandum quod duplex est movens; quoddam est quod communicat in materia, et hoc est movens physicum corporale, quod cum agit quodam modo patitur, quod etiam contrahit sordes a mobili, et de tali intelligitur auctoritas physicorum. Est autem aliud movens quod omnino opponitur huic predicto, ut est physi-

10 *l.* solvatur. 28 propter] quem *MS.*

cum, set voluntas et tale est ipsa substantia eterna. Per hoc solvitur primum argumentum quantum ad majorem vel quantum ad minorem. Quod aliquorum potest esse unus actus, dupliciter; uno modo per unionem et conformitatem, et sic potest esse movere vel aliquod hujusmodi creaturis inter se, et non substantie eterne; alio modo per equationem solum, et hoc modo potest esse movere substantie eterne tanquam effective vel creature patienti. Similiter influere ipsi creato primo dabitur, ipsis autem intelligentiis tanquam receptivis influentie ab alio, scilicet a primo, et deinde conferentibus inferioribus. AD SECUNDUM: dicendum quod etiam movet, set sicut non intelligit omnia sicut modo dicitur, vel quo modo intelligatur inferius videtur; sic non omnia movet immediate, set celum immediate, mediate autem illo omnia alia. Tertium per distinctionem movere aut ⟨moveri⟩ dissolvitur. NOTA etiam propter hoc quod dicit in prima conclusione, scilicet quod prius et posterius non sunt sine tempore, quo termino uno modo dicit rem, alio modo dicit modum accipiendi in loquendo et non ratio. Verbi gratia, si dicatur 'fuit in quo', non fuit tempore, set fuit signatum tempore, ergo tunc fuit tempus. Hic est fallacia secundum quid et simpliciter, unde procedit a tempore, quod est modus accipiendi, ad tempus, quod est res. Et similiter est intelligendum de hoc quod est prius et posterius, unde non sunt prius et posterius prout dicunt rem sine tempore, rem variante. Et est simile: ponatur quod non sint tantum tres propositiones, et sint false. Et dicatur 'omnis propositio est falsa, hec est vera', ergo aliqua est que non est falsa, quod est contra positum. NOTA quod hic determinatur de substantia eterna quantum ad substantiam, in *3. Physicorum* quantum ad virtutem, in *De Causis* quantum ad operationem.

Secundo QUERITUR de tota illa conclusione secunda, utrum, scilicet substantia eterna sit movens actu. Et videtur quod non: quidquid est in ipsa idem est cum ipsa, et in ipsa est ab eterno. Hoc patet, cum sit simplex in summo

14 mediate] *l.* mediante. 18 quo] quod *MS.* 19 ratio] *l.* rem. 29 hic] enim *MS.*

simplicitatis, ergo si ipsa est movens actu, tunc erit movens ab eterno quia relativa sit, quod falsum est. AD IDEM: in hoc enim scribitur quod substantia eterna non est diversarum dispositionum, ergo si est movens actu ab eterno fuit movens actu, et ita mobile ab eterno, quod falsum. CONTRA: substantia prime eterne entes sunt extra materiam, et item materia est per quam unumquodque est in potentia; hec scribuntur *in litera*, quare ipsa substantia eterna non est in potentia ens vel movens cum in ipsa nichil sit in potentia, set semper in actu. AD IDEM: ipsa non est diversarum dispositionum, ergo simpliciter movet actu, vel simpliciter potentia; set non simpliciter potentia, ergo simpliciter actu. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod moventium quoddam est creatum, quoddam ad presens relinquitur, quoddam increatum, de quo queritur, et tale est movens in actu, et solum, cum sit purus actus unde in eo nulla est innovatio. Set Nota quod semper movere dicitur tripliciter; uno modo ab eterno, quia sine principio et sine fine; secundo modo in perpetuum, quia, scilicet fine careat in movendo non tamen principio; tertio quod in omni tempore movet, id est, per equalitatem durationis temporis. Primus modus et secundus, loquendo metaphorice, nulli competit, quia sic esset mobile et motum sine principio et sine fine, et similiter movere, quod est inconveniens. Unde, metaphorice loquendo, motus incipit et dessinit, non tamen physice vel per naturam, set est eternus, ut probatur *in Physicis*. Set movere tertio modo competit substantie
f.168 a 2. eterne | et mobili primo mobili quod toti tempori adequatur diffinitiones de movere a parte durationis vel mensure. Distinguendum est de ipso a parte terminorum suorum, unde notandum quod movere alicujus est vel ab alico, et sic . . . . . est actu ab eterno substantie eterne, quia ipsa est actus purus, et est . . . . . item ad aliquid, scilicet ad mobile, et sic non est actu ab eterno, unde . . . . . mobile primum ante exitum in potentia agentis. Et similiter motus primi mobilis fuit in potentia antequam in actu, et ita relatum ad motorem ab eterno est actu, non

6 *l.* substantie. 32, 33, 35 *Blank in MS.* 34 ad] ab *MS.*

tamen relatum ab mobile. Et propter majorem evidentiam predictorum, utra secunda ratio disolvatur. DICAMUS igitur quod in ipsa substantia eterna nulla est facta diversitas dispositionum, quoniam ipsum mobile primum incepit esse et movere, quia sua voluntas ad hoc a sua sapientia ordinata, fuit ab eterno que totaliter eadem sunt et omnia, ut produceret ad primum mobile in illo instanti in quo produceret et etiam moveret. Et est simile quod si aliquis existens juxta me sit a dextris et postea si fiat a sinistris, nulla in me facta est mutatio vel innuvatio statui illo, unde si ab eterno fuisset mobile, ab eterno movisset. Et ita nec in voluntatem nec in operationem facta est inperitia in ipsa substantia eterna, unde non habuit voluntatem faciendi mundum ab eterno, set ab eterno habuit voluntatem ut faceret mundum in illo instanti in quo fecit, ut si aliquis habeat voluntatem legendi in nonis et legat, non movetur sua volumptas. NOTA ut prima ratio disonatur, quod de movente est loqui dupliciter; uno modo de eo in quantum id quod est, scilicet quoad substantiam, et sic est semper actu movens, et hoc modo procedit prima ratio; secundo in quantum hujusmodi stat sub hac intentione que est movens, et sic non ab eterno, est movens actu, quia sic esset mobile ab eterno.

Tertio QUERITUR de .3. conclusione que est quod suo actui non admiscetur potentia. Et videtur quod imo; omne quod agit per potentiam agit, hoc scribitur *in litera*; ergo hec substantia eterna agit et movet per potentiam, ergo sui actui admiscetur potentia. AD IDEM: in *De Celo et Mundo* scribitur, quod perfectum in tribus consistit, substantia, virtus, et operatio, ut innuitur per literam sequentem, ubi dicitur quod natura apta nata tribus facit, ergo cum substantia eterna sit perfecta, in ipsa erit substantia, potentia, et operatio, et ita suo actui admiscetur potentia. CONTRA: *in litera* scribitur quod movens in potentia possibile est ut sit non-ens vel ⟨non-⟩ movens; set inconveniens est ut hec substantia sit non-ens vel non-movens,

7–8 produceret . . . moveret] *l.* producit . . . movet. 12–13 inperitia] *l.* innovatio. 17 disonatur] *l.* dissolvatur. 22 sic[1]] sic est *MS.*

ergo sui actui non admiscetur potentia, set semper erit actu. SOLUTIO: triplex est potentia; quedam activa. Et hec est duplex; quedam est naturalis solum et hec debetur superiori vel composito ratione forme; alia est que est volumptas. Et hec est duplex, quedam est per differentiam ab eo in quo vel cujus est, et sic est potentia intelligentiarum; alia est per omnimodam in differentiam realem, et hec est potentia primi motoris. Secunda est potentia passiva que debetur materie vel composito ratione materie. Tertia est pravissima de qua dicitur quod devotus et studiossus possunt prava agere, et hic est alienissimus motus potentie. Per hoc solvuntur rationes; unde AD PRIMAM dicendum quod aliquid agit per potentiam differentem ab essentia, et sic creata agunt; per potentiam indifferentem ab essentia et actu, et sic substantia eterna, et sic suo actui admititur potentia omnino indifferens. Per hoc solvitur ad secundam.

Quarto QUERITUR utrum potentia istius substantie eterne sit infinita. Et videtur quod non: potentie infinite respondet actus infinitus, quia relata sunt; set creature que sunt actus istius substantie non sunt infinite, quia infinitum privat ordinem quem retinent creature, aliter non esset prius et posterius in eis, ergo sua potentia non est infinita. AD IDEM: quod est finis omnium maxime est finitum; set sua potentia finis omnium, quia sua potentia idem est quod ipsa, et ipsa finis omnium, ergo sua potentia est maxime finita. CONTRA: omnis substantia a nullo limitata vel coartata maxime dicitur esse potentia infinita; set potentie substantie eterne est hujusmodi, ergo etc. Major patet per oppositum, quia omnis potentia dicitur finita quia est coartata; minor etiam patet, quia sua potentia et sua substantia vel essentia idem sunt realiter. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod aliquid dicitur infinitum uno modo appositione ut numerus, secundo modo duratione ut continuum, tertio modo utroque istorum modorum ut tempus, quarto modo per vissicitudinem et reiterationem, et sic materia in potentia ad finitas formas; et nullo istorum

volumptas] voluptas *MS.* 10 pravissima] parvissima *MS.*

modorum contingit potentiam substantie eterne esse infinitam. .5. modo dicitur aliquid infinitum per privationem comprehensionis et nominationis, et sic ejus dicitur infinita. ITEM: quia non est coartata. *Item*: duratione. *Item*: quia ex nullo procedit. Per hoc solvitur. AD PRIMAM, quia non dicitur infinita, quia infinita producat, set propter | aliquid predictorum infinita producere in f. 168b 1. quantum hujusmodi potius esset non posse quam posse, quia ejus sapientie deroget, quia infinitum est ignotum et inordinatum, quod esset contra sapientiam; set cum ejus potentia, infinita apud nos apud se tamen finita, producere et ejus sapientiam hoc modo infinita contingere non inconveniens. AD SECUNDAM: dicendum quod major falsa est, quia differt finitum et finiens. Est enim finitum et compositum ex finiente et finibili, finiens aut quod finit vel terminat, ut punctus, unde substantia eterna finiens est et non finita, proprie loquendo.

Quinto QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera* quod si aliquid fuerit eternum, actio est. Et videtur quod non: nichil quod est compositum ex potentia et actu est actio; eternum est hujusmodi, ergo eternum non est actio. Major patet, quia actio dicitur et actus purus; minor patet, quia substantie spirituales, que sunt intelligentie, componuntur ex potentia et actu, cum sint creature. AD IDEM: eternitas est intelligibilis tota simul et perfecta possessio; set hoc, adminus in hiis tribus consistit, scilicet substantia, virtus, et operatio, quia totum et perfectum in hiis tribus cognoscitur; in eternitate vel eterno sint hec tria; non eternum purus actus vel actio, set habebit potentiam. CONTRA: *in litera* scribitur quod eternum est extra materiam; set quod est extra materiam est actus purus vel actio, ergo quod quia materia debetur potentie, ergo quod est eternum est actio. AD IDEM: eternum et non-eternum opponuntur, habere potentiam et non-habere opponuntur; set esse non-eternum habet potentiam ad actum, ergo eternum non habebit potentiam, set actum solum vel purum,

9 *l.* derogaret. 12 et] *l.* secundum. 25 intelligibilis] *l.* interminabilis vite.

quia si oppositum in oppositum etc. SOLUTIO: duplex est eternitas; quedam est creata, et hec duplex; quedam est spiritualium ut intelligentiarum, de qua dicitur quod eternitas est vita nobilis que ab intelligentia possidetur; alia est celestium que dicitur evum, unde dicitur quod evatio est mensura vite nobilis que a celestibus participatur; alia est eternitas increata, et de hac intelligitur quod est actus purus vel actio, quia seipso est et non aliunde. Set eternum creatum conditum est voluntate conditoris, unde eternum increatum actio est pura, quia actio indifferens a potentia, et potentia ab essentia. AD PRIMAM rationem igitur, dicendum quod procedit de eterno creato. Vel dicendum quod ibi est compositio actus et potentie, scilicet in eterno per omnimodam in differentiam, unde Nota quod eternitas que a creatore possidet et etiam actio, potentia, essentia, et hujusmodi non solum unum sunt, set etiam simplex, quia ibi dicitur quod unum est in quo possibilis est multiplicitas vel diversitas simplex, et tunc in quo hujusmodi esse non possunt. Per hoc solvitur secunda.

Sexto QUERITUR de hoc quod dicit *in litera*, quod substantie sunt entes extra materiam. Et videtur quod non: quod est receptivum influentie et promanantie non est ens extra materiam, quia recipere proprie est materie; set substantie eterne sunt hujusmodi, scilicet intelligentie que sunt receptive luminis a Creatore, ergo omnes substantie eterne non sunt entes extra materiam. AD IDEM: quod est in omnibus in qualibet reperitur, nec est extra aliquid nec extra materiam; set substantia eterna increata est in omnibus, ut patet in *De Causis*, ergo non est extra materiam set in materia, hec est vera de substantia increata; prima fuit de creata. CONTRA: cuicunque debetur potentia activa tantum ipsum est extra materiam penitus et omnino, quia materie debetur passio; set substantia eterna increata est hujusmodi, ergo est omnino extra materiam. SOLUTIO: ad primam, distinguendum de hoc quod est eternum, secundo de materia, tertio de esse extra. Est igitur duplex eternum; quoddam creatum ut

15 possidet et] *l.* possidetur est. 18 et tunc] *l.* autem.

intelligentie, quoddam increatum, et de hoc intelligitur actualitas. Est etiam triplex materia; quedam spiritualis, et hec est intelligentiarum, quedam est corporalis et transmutabilis, et hec est inferiorum; alia est media inter istas duas que cum utraque participat, et hec materia celestium; nulla autem istarum materiarum tanquam partem sui retinet eternum increatum. Set Nota: terminat quod aliquid dicitur esse extra; uno modo per privationem continentie, ut vinum extra vas, ipsum non est in vasse contentum, et sic substantia eterna extra substantiam materiam; secundo dicitur aliquid esse extra illud ⟨quod⟩ ad sui esse non exigitur, et sicut homo est extra lapides et ligna, et hoc modo substantia eterna extra materiam; tertio modo dicitur aliquid esse extra, quod tamen quodam modo est intra, ut effectus in causa, et sic substantia eterna est in omnibus nec inclusa nec exclusa. Non est inclusa, quia non continetur, nec exclusa, quia causa eorum est in ipsa ut effectus in causa, et ipsa in omnibus, ut causa in effectibus. Est etiam ubique per essentiam et localiter nusquam. Per hec solvuntur rationes.

Septimo QUERITUR de .4. conclusione, que est quod substantia eterna est movens et non mota. Et videtur quod sit mota propter unumquodque tale et ipsum magis; set hec substantia est propter | quam mota sunt omnia, f. 168b 2.
ergo ipsa maxima erit mota. AD IDEM: uno relativorum transmutato, et aliud transmutatur et movetur; set creator et creatura correlativa sunt, ergo mota creatura movebitur creator. AD IDEM: in substantia increata idem est movens et intelligens; set ipsa dum intelligit intelligitur, quia seipsam intelligit, ergo dum movet movetur. CONTRA: in quolibet genere stare ne infinitum contingat pertransire, 7. *Physicorum*, ergo in genere moventium stare erit, ergo quoddam movens erit quod non erit motum, aliter non est status. AD IDEM: primum est ante quod nichil; set hec substantia est prima, ergo ante ipsam nichil a quo possit moveri, ergo non movetur. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est movens; quoddam corporale, quoddam

7 terminat quod] *l.* quod tripliciter. 12 sicut] *l.* sic. 25 *l.* maxime.

spirituale. Corporale duplex; quoddam est movens per contactum motuum, et tale est movens physicum quod movendo movetur, et tale communicat in materia cum passo mobili; aliud est movens corporale remotum et universale, et tale agit vel movet secundum contactum rerum vel motuum, ut sol qui tangit nos et movet per influentiam suam, nec tangimus ipsum nec movemus, et tale movens movet et movetur. Set alio motu movetur quam suum mobile, quia movetur ad situm et suum mobile; que sunt inferiora moventur ad superiora. Similiter, movens spirituale duplex; quoddam creatum, et hoc est duplex; unum quod conjungitur mobili tanquam actus, ut anima corpori, et tale movetur ad motum mobilis, set per accidens, ut nauta in navi; aliud est movens spirituale creatum quod utitur mobili sicut motor tantum, non sicut actus, ut intelligentia orbi quem movet, et tale non dependet a mobili secundum substantiam, dependet tamen quantum ad operationem, et tale a mobili non movetur alico modo, set ab alio moveri potest, ut a prima. Est autem aliud movens increatum spirituale quod nullo modo dependet a mobili, nec secundum substantiam nec secundum operationem, et tale motum per se et non per accidens, et sic movens est et nullo modo motum. AD PRIMAM rationem, dicendum quod major intelligitur in causis proximis essentialibus unice agentibus et per se sufficientibus, et in naturalibus; set in voluntariis non oportet. AD SECUNDAM: dicendum quod relata quedam convertibiliter se habent, et in talibus vera est major; alia sunt non convertibiliter se habentia, ut creatura ad creatorem dicitur, et non e contrario, et in istis falsa est major. AD TERTIAM: dicendum quod quamvis movere et intelligere per indifferentiam realem sint in substantia eterna, non tamen est simile; set intelligere, ut vissum est supra, suiipsius est et ad seipsam, set movere et creare et hujusmodi sunt suiipsius, non tamen ad seipsam set ad creaturas.

Octavo QUERITUR de hoc quod dicit Commentator supra *hanc literam* quod si aliquid componatur ex duobus, si unum est ens per se, reciprocum est ens per se. Instantia est

in composito ex subjecto et accidente, quia subjectum ens per se et vere, non tamen accidens. ITEM: instantia, in composito ex materia et forma, quia forma est id quod est actus, et materia potentia. AD HOC Notandum quod aliquid componitur ex aliquibus tanquam ex principiis causantibus ipsum et integrantibus, ut compositum ex materia et forma, et hec est compositio propria; secundo est compositum aliquid ex subjecto et accidente, et de istis compositionibus non intelligitur verbum Commentatoris; tertio modo est compositio minus propria secundum quod aliquod componitur ex diversis et disparatis, ut quando aliquid componitur ex motore et mobili, et hoc modo intelligitur verbum Commentatoris, unde hec compositio non est essendi, set quantum ad operationem solum.

ix° QUERITUR utrum celum moveatur, hoc enim dicit Philosophus *in litera*. Et videtur quod nichil quod est sempiterne fixionis movetur, quia tale non est transmutabile; celum est hujusmodi, ut patet in *De Celo et Mundo*, ergo celum non movetur. AD IDEM: moveri est dissimilem se habere non quod prius; set celum eodem modo semper se habet, cum sit sempiterne fixionis, ergo non movetur. AD IDEM: omnis motus a contrario in contrarium, set celum non habet contrarium, ut patet in *De Celo et Mundo*, cum sit rotunde figure cui nichil contrariatur, ergo non movetur. CONTRA: omnium ad ordinem se habentium ad unum primum movens, quod est propinquius ipsi maxime movetur, set celum est hujusmodi, ut patet de se, ergo maxime movetur. Major patet, quia major est influentia in propinquo quam in remoto in omni genere. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod eorum que moventur quedam moventur et transmutantur ut hec inferiora, quedam moventur tantum, et hoc dupliciter; quedam moventur unico motu et eodem, ut celum; quedam pluribus motubus et contrariis, ut orbes inferiores. AD PRIMAM rationem, dicendum quod celum est sempiterne fixionis quantum ad formam; et propter hoc sic non movetur, set movetur ad situm, et hoc quantum ad suas partes, quia totum in eodem situ semper manet, unde quia totum celum movetur in loco,

non ad locum, partes ejus moventur in loco et ad locum, quia ab occidente in orientem. Set totum celum in eodem
f. 169 a 1. loco semper existit. Orbes | autem inferiores moventur et in loco et ad locum secundum totum et secundum partes, generabilia autem moventur et ad formam. Et per hoc solvuntur rationes.

HOC HABITO, QUERITUR de hoc quod dicitur quod hec substantia eterna movet celum. Set quod non moveat ipsum celum videtur: nullum universale se habet per appropriationem alicui; set hec substantia est maxime universalis, ergo non se habet per appropriationem alicui, ergo non appropriatur necque coartatur ad hoc ut moveat celum. Major patet, quia universale est commune pluribus vel omnibus sub ipso existentibus; minor patet, quia ipsa substantia eterna causa est et origo omnium rerum. AD IDEM: omnis factus in tempore, in quo majori vel minori fieri non potest, fit a virtute finita limitata, quia virtus infinita in non-tempore potest agere, item virtus illimitata non concernit temporis positionem; set motus celi fit in tempore in quo majori vel minori fieri non potest, ut scribitur in *De Celo et Mundo*, ergo a virtute finita et limitata, non ergo a virtute substantie eterne, cum sit infinita, ut scribitur *in litera*. AD IDEM: .6. *Physicorum* scribitur quod si tanta virtus in tanto tempore, et major virtus in majori tempore, et infinita virtus in non-tempore aget; set potentia vel virtus istius substantie est infinita, ergo operabitur in non-tempore. Set motus celi fit in tempore, non ergo a virtute substantie eterne. CONTRA: omnis motus prior sufficientissimus et completissimus fuerit a motore primo sufficientissimo et completissimo; hoc patet, quia comparative debent conformari; set motus celi fit hujusmodi, ut scribitur in *capitulo De Tempore*, ergo fit a motore priore sufficientissimo et completissimo; hec autem est substantia eterna et non in aliis; et propter hoc:

Secundo QUERITUR utrum intelligentia moveat celum. Et videtur quod non: in *De Causis* quod intelligentia movet formas per se stantes; set celum non est per se stans, cum sit mobile, ergo intelligentia non movet celum. AD IDEM:

3 orbes] *iter. MS* 18 illimitata] limiata *MS*. 34 moveat] motor *MS*.

in *De Causis*, intelligentia cum eternitate posita est; set motus celi tempore mensuratur, ut scribitur in *capitulo De Tempore*, ergo intelligentia non movet celum. CONTRA: *in litera* scribitur quod intelligentie sunt motores orbium, et ita cum celum sit orbis, intelligentie movent ipsum, etc.

Tertio QUERITUR utrum anima moveat celum. Et videtur quod sic: celum movetur a motore dante vitam, quia movetur ad hoc ut vitam ⟨det⟩ et continetur, set anima est dans vitam, ut patet in *secundo De Anima*, ergo movetur ab anima. AD IDEM: omne motum ratione dissimilitudinis in toto et in partibus movetur a motore perficiente ratione dissimili in toto et in qualibet parte; set celum est hujusmodi, quia nisi esset diverse nature in toto et in partibus, nuncquam pars existens in loco uno moveretur ad alium locum in quo erat alia pars, unde ibi est diversitas inter partes saltem in virtute, ut inferius videbitur, ergo celum movetur a motore perficiente ratione dissimili in toto et in qualibet parte; set talis motor est anima, unde anima non est actus vel forma nisi corporum inferiorum que sunt diverse nature in toto et in qualibet parte, ergo anima movet celum. AD IDEM: scribitur in *De Causis* quod anima movet corpus primum: hoc autem est celum. AD IDEM: *in capitulo De Tempore* scribitur quod anima est causa temporis, ergo erit causa motus celi qui in tempore fit, quia hec concomitantur tempore, scilicet et in, ergo et insunt per se passiones ipsi primo mobili. CONTRA: non movetur ab intelligentia sensitiva, vegetativa, intellectiva, ergo ab ipsa non movetur. Probatio quod non ab hiis, quia non est perfectibile ab aliqua istarum, ergo nec motum: quod non sit perfectibile vissum est et videbitur, quia non habet intelligentiam vel animam ut formam, set solum ut motorem; immo habet aliam ut formam. Et ut questio ad plenum solvatur:

Quarto QUERITUR utrum a corporali motore moveatur. Et videtur quod sic: eadem sunt principia essendi et operandi, quia ab essentia potentia et a potentia operatio procedit; set forma corporalis est principium essendi celum, que est lux ad presens supponitur, vel aliquid hujusmodi, ergo

25 tempore . . . ergo] *l.* tempus scilicet et motus,

forma corporalis erit principium operandi, et ita movendi. AD IDEM: omnis motor determinans sibi quantitatem est motor corporalis, quia quantitas non est nisi rei corporalis; set motor celi est hujusmodi, quia scribitur in ⟨De Celo⟩ quod si in celo essent plures stelle quam sint, moveretur cum labore et pena. CONTRA: omnis finis ad plures positionis differentias fit a motore, qui cum movet ad unam habet ymaginem ad reciprocam; set motus celi est hujusmodi, ut scribitur in *De Celo et Mundo*, ergo fit a motore habente ymaginem; set talis est intellectus, ergo fit a motore intelligente, et non a corporali. SOLUTIO: ad hoc diligenter est notandum quod triplex est motor celi; quidam efficiens, alius disponens vel inclinans mobile ad motum, tertius finalis. Efficiens duplex; quidam imperans, et hic est substantia eterna; alius exequens imperium, et hic est intelligentia. Motor disponens est forma vel figura ipsius
f. 169 a 2. celi, quia figura circularis est, et ideo maxime mobilis. | Similiter, motor finalis duplex; aut ille est finis tantum, et sic est anima secundum suam triplicem potentiam, scilicet intellectiva, sensitiva, vegetativa; set prima intellectiva, de qua scribitur quod omnino moventur propter intellectum; aut ille motor est finis et efficiens, et sic est substantia eterna, unde movetur celum ut serviat et obediat suo creatori, et etiam ut ei in quantum sua non patitur assimiletur, et omnia similiter, nisi sit perversa, ut anima quandoque sensualitati obedit et famuletur. Per hoc posset questionum et rationum solutio intuentibus videri.

AD PRIMAM tamen rationem prime questionis, dicendum quod duplex est universale; quoddam per predicationem, et de tali opponis; aliud est per causalitatem, et tale est primum. Vel dicendum est melius, quod non appropriatur tali, quia in hoc quod movet celum movet et alia mediante illo; set quia propinquius est sibi quam alia, cum sit sempiterne fixionis, et etiam non transmutabile ad formam, unde in ipso plus relucet ejus operatio. AD SECUNDAM et TERTIAM: dicendum quod motus celi potest refferri ad

4 *Blank in MS.* 6 omnis] *l.* omnis motus. 21 omnino] *l.* omnia.
26 famuletur] *l.* famulatur.

motorem et tunc non fit in tempore, vel ad ipsum mobile quod est partibile, et ideo tunc fit in tempore. Vel dicendum quod quamvis potentia substantie eterne sit infinita, tamen non ut infinita a celo sucipitur. AD PRIMAM secunde questionis, dicendum quod uno modo dicitur aliquid per se stans quantum ad sui substantiam, quia, scilicet, in se habet principia sue existentie, scilicet materiam et formam, et hoc modo dicitur celum per se stans; alio dicitur aliquid per se stans quantum ad situm et sic non est per se stans, et sic procedit ratio. AD .2.: dicendum quod intelligentia potest considerari ratione substantie, et sic eternitate mensuratur; vel ratione operationis. Et hoc modo dupliciter; aut ratione istius operationis que est intelligere, et sic iterum eternitate mensuratur; aut ratione istius que est movere, et sic tempore mensuratur. Set Nota hic quod aliquid mensuratur a tempore et item tempus exellit, ut hominis motus vel aliquid hujusmodi. Secundo modo mensuratur aliquid a tempore quia toti tempori adequatur et parifficatur, et sic motus tali tempore mensuratur. AD PRIMAM rationem tertie questionis, Notandum quod celum movetur ab anima que est forma vel actus non sui set alterius, ut vissum est. Movetur etiam ab anima que est motor extendendo nomen anime, scilicet a primo, et talis dat ei vitam, scilicet motum qui est vita. AD .2.: dicendum quod aliquid est dissimile in toto et in partibus dupliciter; uno modo secundum speciem et formam, et sic tota dissimilium partium ut homo, et de tali opponis; alio modo ratione virtutis et situs ut celum, quia in parte celi stelata via est minus stellata, et iterum in una stella major quam in alia, item: una pars alibi sita est et alia ⟨alibi⟩, et de tali non oportet quod habeat animam tanquam perfectionem, set solum tanquam motorem finalem; et per hoc solvuntur due ultime rationes. AD PRIMAM .4. questionis, dicendum quod celum quod est corpus, et sic forma corporalis, est principium essendi, et etiam operandi in quantum hujusmodi, et etiam mobile, et sic non est principium, set omnia illa habet que dicta sunt. Secunda solvitur per solutionem questionis. Et

16 *l.* excellit.

Nota hic quod simile propter evidentiam temporis, et est illud quod in homine triplex motor; est enim quidam imperans, et est hic irascibilis et concupiscibilis; alius est exequens imperium, et hic est vis insita in ossibus et nervis; tertius est disponens ad motum, et hic est forma vel figura mixti, unde pes dexter debet inchoare motum quia humilior est ad movendum.

Quinto QUERITUR de quinta conclusione que est quod substantia eterna movet celum sicut desideratum et intellectum. Et videtur quod non; quia si sic movet sicut dictum est, tunc ipsum celum est sicut desiderans et intelligens; set quod sic non sit videtur. Omne intelligens habet animam intellectivam sui perfectivum, quia non intelligit aliquid nisi per suum intellectum proprium; set celum non habet animam intellectivam sui perfectivum, ut vissum est, ergo celum non est intelligens, ergo nec desiderans. AD IDEM: si substantia eterna moveret celum sicut desideratum et intellectum, tunc non moveret nisi finaliter, quia desiderans non movetur a desiderando nisi finaliter, quia desideratum finis est desiderantis, et intellectum intelligentis; set scribitur in . . . *Physicorum* quod finis non movet nisi secundum methaphoricam, ergo substantia eterna que est movens, sicut desideratum et intellectum non moveret celum nisi secundum methaphoricam, set hoc est falsum, ut in hoc libro demonstratur. AD IDEM: omne quod movetur a motore desiderante et intellecto et amato distans est ab eo a quo movetur, quia illud quod non habemus vel distans est nobis desideramus, unde desiderium est vel appetitus rei non habite, posssibili tamen haberi; set substantia eterna non distans a celo, quia scribitur *in litera* quod celum continue movetur ab ipsa substantia, et ita semper est ipsa substantia cum ipso, ergo ipsa substantia non movet celum sicut desiderat. f. 169 b 1. tum et intellectum. CONTRA: omne optimum | se habet in ratione motoris desiderati et amati; set substantia eterna est optimum, ergo in ratione motoris desiderati et amati se habebit. Major patet, quia quod bonum est desideratur, et movens est desiderantem, multofortius quod est optimum.

13 intellectivam] intellectam *MS.*

QUOD CONCEDO, unde celum desiderans est et intelligens; et est prima ratio vel causa quatinus influentiam a suo motore sucipiat; secunda est quatinus ei in quantum sua natura patitur assimiletur, quia sicut primum essentialiter est ubique, et virtus simul, sicut celum movetur, ut sit ubique saltem per successionem partium in movendo et influendo in inferioribus; tertia ut ejus actum assimiletur voluntati ipsius causantis, et idem sit famulans et obediens; quarta est quatinus in suo esse continuetur quam continuationem recipit in movendo. AD PRIMAM rationem, dicendum quod de desiderio et intellectu dupliciter contingit loqui; uno modo, et sic sunt illa natura inferioris vel particularis ut intelligentie et anime, et de talibus vera est major; alio, scilicet extendendo hec nomina, et sic sunt natura superioris vel universalis, et de tali intelligitur quod dicitur quod non semper appetit quod melius est. AD SECUNDAM: dicendum quod duplex est finis; unus qui est tantum, et de tali verum est quod movet secundum methaphoricam, et talis non est substantia eterna; alius est qui est finis et efficiens, et talis non movet solum secundum methaphoricam set secundum veritatem, et talis est substantia eterna. AD TERTIAM: dicendum quod major est falsa, quia aliquid movetur a desiderato et intellecto, quia non habet ipsum set habere potest, et sic opponis falso modo 'movetur aliquid a desiderato et intellecto', ut ipsum desideratum quod jam habet apud ipsum conservetur et cum illo semper continuetur, et sic movetur celum a substantia eterna desiderata et intellecta. Unde movetur propter continuationis permanentiam.

Sexto QUERITUR utrum natura desiderati et amati sit movere et non moveri, quia hoc innuitur *in litera*. Et videtur quod non: quia scribitur *in Physicis* quod movens tale est movens quale mobile in potentia, ergo movens est mobile in potentia et e contrario. Set desideratum et amatum, ut vissum, moventia sunt, ergo mobilia poterunt esse, et ita natura desiderati et amati non est solum movere set moveri. AD IDEM: in omnibus apprehensibilibus, appre-

3 *l.* suscipiat. 5 sicut] *l.* sic. 12 modo] *l.* modo proprie. natura] *l.* nature.

hensibile agit in virtutem apprehensivam, quia ipsam perficit, et e contrario, unde inter apprehensivam virtutem et apprehensibile est mutua actio et passio; set desideratum et intellectum apprehensibilia sunt vel apprehensa, ergo illa non solum agunt vel movent, set etiam moventur vel movebuntur. CONTRA: in *capitulo De Tacto* scribitur quod tristans vel infirmus tangit nos set non tangimus ipsum, et ita nos movemur propter infirmum qui est desideratum cognitum et amatum a nobis; set ipse non movetur a nobis nec patitur propter nos, ergo natura desiderati et amati est movere vel agere et non moveri vel pati. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod aliquid desideratum et amatum dupliciter; quoddam est quod communicat cum intelligente et desiderante nec in materia nec in conditionibus materialibus, et tale in hoc quod desideratur movet et non movetur; aliud est quod communicat cum intelligente vel desiderante in materia vel in dispositionibus materialibus. Et hoc est duplex; quia aut inter ipsum desideratum et desiderantem est mutuus respectus, consideratio, et amicitia, et sic desideratum movet et movetur, ut si frater meus sit infirmus movet me propter sui separationem a me, et a me movetur propter separationem mei ab ipso; est autem aliud desideratum inter quod et desiderans non est mutua amicitia, et tale movet et non movetur, quia desideratum non diligit vel cognoscit. Per hoc solvuntur rationes.

Septimo QUERITUR de .7. conclusione, que est quod substantia eterna continue movet celum. Et quod non videtur: omnis motus factus propter aliquam finem habito fine quiescit; set motus celi est hujusmodi, quia movetur a motore secundum intellectum et omne tale movet propter finem, ergo habito fine quiescit. Set finis istius motus est generatio, quia movetur celum propter elementa etc., ergo habita generatione quiescit motus celi, videtur enim perpetuus vel continuus. AD IDEM: in omnibus gradibus in quibus creator et creatura comparantur, creator in infinitum excellit creaturam; set creator et creatura in duratione comparantur, ergo creator in duratione in infinitum excellet

18 inter] ut *MS.* 19 amicitia] anaritia *MS.* 28 aliquam] *l.* aliquem.

creaturam ; cum ergo creator sit eternus, creatura non erit eterna, et ita motus celi non erit continuus vel eternus. AD IDEM : natura appetit quod melius est ; set quiescere melius quam moveri, non ergo celum appetit moveri continue vel in eternum, et ita non movebitur continue. CONTRA : omnis factus a motore potentie infinite infinitum et continue permanet, quia si potentia infinita adnotandum et motus in infinitum. Set motus celi est a motore infinite potentie, scilicet a substantia eterna, ergo motus celi est eternum infinitus et continuus. SOLUTIO : | ad hoc Notandum quod f. 169 b 2. de motu celi contingit loqui multipliciter ; uno modo per comparationem ad mobile, et sic non dessinet nec incepit per naturam, quia ipsum mobile est figure circularis in qua non est finis nec principium distinctum. Secundo modo per comparationem ad finem, et hoc modo dupliciter ; aut per comparationem ad finem principalem, qui est ut assimiletur suo motori, et sic continuus et eternus ; aut per comparationem ad finem minus principalem, que est generatio et corruptio inferiorum, et sic iterum continuus et eternus ; hec enim in perpetuum erit per naturam. Tertio modo contingit loqui de ipso motu per relationem ad motorem, et hoc dupliciter ; aut per relationem ad potentiam motoris infinitam, et sic iterum continuus infinitus, aut per relationem ad motoris voluntatem. Et hoc modo dupliciter ; aut quantum ad indifferentiam voluntatis, et sic sicut incepit sic dessinet, et similiter omnia ; aut per relationem ad conssensum voluntatis in melius. Et hoc modo dupliciter ; aut in melius secundum naturam, et hoc modo non dissinet set erit perpetuus, aut in melius secundum gratiam, et sic finiet nec erit continuum ; et hoc erit quando complebitur numerus electorum et reddet unicuique juxta opera sua. Et hoc est melius secundum gratiam ; melius secundum naturam est continuatio esse naturalis delati in suppositis per continuam generationem, unde omnis creatura transsibit preter illam que meruit vel demeruit premium vel penam habere. AD PRIMAM rationem, dicendum quod

6 omnis] *l.* omnis motus. infinitum] *l.* in infinitum. 7 adnotandum] *l.* ad movendum. 9 eternum] *l.* in eternum.

duplex est finis; unus est finis in facto esse, et de tali procedit ratio, unde habito tali fine cessat motus vel operatio que erat ad illum finem vel motum; alius est finis in fieri sicut est generatio, et habito tali non cessabit motus vel operatio que est principium ad finem completum et ultimum, et talis finis est generatio. AD SECUNDAM, dicendum quod creator excellit creaturam in duratione per simplicitatem, quia eternitas qua mensuratur et ipse idem sunt, set non est ita in creatura, tamen non oportet quod excellat creaturam in prima assumendo in duratione, et hoc loquendo per naturam. AD TERTIAM: dicendum quod celo melius est moveri quam quiescere, quia per motum vivit et continuatur in suo esse, unde et si quiescere quibusdam melius est quam moveri, non tamen omnibus, unde infirmo melius est moveri ad sanitatem quam quiescere in sanitate.

Octavo QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera* precedenti quod in uno possibilis est diversitas, non tamen in simplici. Ad quod Notando tripliciter distinguendum; primo vero ⟨de uno⟩, secundo de diversitate, tertio de simplici. Unde igitur multis modis est unum indivisibilitate ut punctus, secundo modo unitate essentie ut universale, tertio modo unitate suppositi ut Sor, .4. modo unitate compositionis ut homo, .5. modo unitate aggregationis ut domus, .6. modo unitate originis ut mundus. Similiter diversitas; quedam est substantie, forme, vel speciei; secunda virtutis; tertia operationis; quarta dispositionis et ordinis; quinta est diversitas principiorum rei. Similiter uno modo dicitur simplex in quo nullo modo est diversitas realis, set terminata simplicitas realis per totum quod nec compositum nec componibile, et hoc est simpliciter simplex, et tale substantia eterna que est infinite simplicitatis; secundo modo dicitur aliquid simplex, quod non est compositum ex aliquibus, set est componibile et principium componendi, ut sunt principia, scilicet materia et forma; tertio modo dicitur aliquid simplex a privatione materie corporalis, ut intelligentie— habent tamen suam materiam et suam formam spiritualem sive quod est et quo; .4. modo a privatione materie transmutabilis ut celestia—celestia enim habent materiam subjectam

transmutationi vel motui ad situm, et non ad formam; .5. modo dicitur simplex a privatione mixtionis ut elementa; .6. modo potest dici aliquid simplex in respectu, ut planta simplex respectu animalis, et animal respectu hominis. Et hoc visso, faciendo combinationes, facile est videri in quibus modis unius et simplicis sit diversitas, et etiam que sit.

Nono QUERITUR de .6. conclusione, que est quod substantia eterna movet celum, et per celum alia movet. Et videtur quod non moveat alia per celum: nullum agens penitus sufficiens indiget alico, tanquam causa vel instrumento mediante quo agat, quia sufficiens agit quia sufficiens agens est, quia nullo indiget in sui actione; set substantia eterna est agens sufficiens et sufficientissimum, ergo nullo indiget, ergo non movet mediante aliquo alio, et ita nec mediante celo set se ipso. AD IDEM: omne movens equaliter se habens ad omnia mobilia uniformiter movet omnia mota vel mobilia, set substantia eterna prima est hujusmodi, ut patet in *De Causis*, ergo uniformiter movet celum et alia et ita non movet mediante celo. CONTRA: quicquid inest medio et postremo, prius inest medio quam postremo, set postremo inest per medium; set celum est medium, inter substantiam eternam et generabilia vel corruptibilia, ut dicit *Commentator*, ergo cum motus insit celo et generabilibus, prius inerit celo, et per celum generabilibus, et ita moventur mediante celo. SOLUTIO ad hoc dicendum quod hec propositio, 'substantia eterna per celum movet alia', tripliciter exponitur. Primo modo secundum quod hec dictio 'per' denotat causam vel instrumentum; et sic est falsa, quia primum non indiget ad agendum non causam aliam set instrumentum. Secundo modo exponitur | secundum quod f. 170a 2. denotat ordinem; et sic vera est, quia primo movet celum et postea alia, et est simile illud quod dicitur in *De Causis*, quod mediante anima causatur intelligentia, non quia intelligentia sit instrumentum vel causa, set quia primo creatur et ipsa anima post ipsam. Tertio modo exponitur quia in movendo celum omnia alia movet, et hec est

29–30 non . . . instrumentum] *l.* causa alia vel instrumento. 33 *l.* mediante intelligentia causatur anima.

intentio auctoris. Unde ipsi celo collata est virtus ab ipso opiffice, quo ipso moto moventur omnia alia. Per hec solvitur prima ratio. AD SECUNDAM: dicendum quod moveri potest comparari ad motorem, et sic vera est major illius rationis, quia quantum est a parte sui uniformiter movet et uniformiter se habet ad omnia. Alio modo potest comparari ad mota vel ad mobilia, et sic non recipitur ejus imperium in movendo ab omnibus equaliter, et propter diversam naturam rerum, unde proprius recipitur ab eo quod magis ei assimilatur, scilicet a celestibus. AD CONTRARIAM rationem, dicendum quod duplex est actio motus; quedam est naturalis que fit a natura, et de tali procedit ratio; alia est motio vel actio voluntaria que est ab agente voluntario, et de tali non oportet quod insit primo in medio quam postremo, set simul in medio poterit, cum hoc sit ab agente non coartato, set ab agente per libertatem arbitrii.

QUERITUR hic de hoc quod sepe dicitur *in litera*, quod in substantia prima non est diversitas dispositionum. Videtur quod imo: omne movens secundum diversas differentias motus habet in se diversitatem dispositionum; set substantia eterna est hujusmodi, ergo ipsa habet diversitatem dispositionum. Major patet, quia diversitas in motibus accidit ex diversitate dispositionibus motoris sive mobilis; minor etiam patet, quia substantia eterna movet omnia, ut vissum est; sed omnia non moventur eodem motu. AD IDEM: omne quod est movens vel producens et prius, non habet in se unitatem dispositionum, quia de non-movente vel ⟨non-⟩producente fit movens vel producens; set substantia eterna est hujusmodi, quia non fuit producens ab eterno quod est actus purus, nulla est diversitas natura substantialis vel accidentalis. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod de hac substantia est loqui dupliciter; uno modo quantum ad id quod est per se et absolute, et sic non est in eo alica diversitas dispositionum, set omnimodo simplicitas; alio modo per relationem creaturarum ad ipsam,

9 proprius] *forsan* propius. 24 mobilis] mobile *MS.* 30 nulla] *l.* ergo.

et sic est diversarum dispositionum, non tanquam illud in quo sunt diverse dispositiones, set tanquam illud a quo procedunt. AD SECUNDAM rationem, per hoc solvendum; set addendum dicendo quod in prima non est diversitas dispositionum in essentia, unde si creans non incipiat creare nulla est in ea substantia mutatio, set in creato vel producto, quod ut inferius videbitur. AD PRIMAM rationem, dicendum diversitas motuum uno modo est a diversitate mobilium, ut est in substantia generatio, corruptio in qualitate alterativa; secundo modo a diversitate terminorum, ut in substantia sunt duo motus, quidam est generatio alicujus, alius corruptio cujus terminus non-esse; tertio modo a diversitate motorum propinquorum, ut anima intellectiva, sensitiva, vegetativa, movent ad diversa; .4. modo ex diversa receptione influentie mobilium a motore, et hoc modo est diversitas motuum celestium et generabilium; ratio autem procedit ac si diversitas motuum a motore solum.

Secundo QUERITUR utrum celum sit diversarum dispositionum. Et videtur quod non: nullum corpus existens prima alteratione est diversarum dispositionum, quia alteratio est motus dispositionum contra subjectum; set celum est hujusmodi, in *De Celo et Mundo*, ergo non est diversarum dispositionum. AD IDEM: nichil quod semper est idem est diversarum dispositionum; set celum est hujusmodi, in *De Celo et Mundo*, ergo celum non est diversarum dispositionum. CONTRA: omne ens in potentia suceptibile diversarum dispositionum; set celum est hujusmodi, ergo est suceptibile diversarum dispositionum. Major patet, per oppositionem, quia quod est actus purus non suscipit diversitatem dispositionum, ut vissum est, ergo quod est ens in potentia suscipiet; minor patet, quia celum est mobile, et mobile est ens in potentia, ut scribitur in *Physicorum*. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod uno modo dicitur esse aliquid diversarum dispositionum, quando habet dispositiones inclinantes se ad transmutationem substantialem, et sic sunt generabilia et corruptibilia; secundo quando habet dispositiones inclinantes ad ubi vel motum localem, et sic est celum; tertio modo

est aliquid diversarum dispositionum per influentiam, et hoc dupliciter; vel per influentiam in ipso factam, vel ab ipso; et sic iterum celum est diversarum dispositionum, quia plus recipit influentiam motoris in parte dextra quam in sinistra, et iterum plus influit hiis inferioribus ab una parte, scilicet a stelata quam ad non stellatam. AD PRIMAM rationem, dicendum quod duplex est alteratio; quedam est que est salus et receptio et hec est in celo, alio est que est abscissio et corruptio, et de hac opponis, et intelligitur auctoritas. AD SECUNDAM: dicendum quod celum manet unum et idem in substantia semper, non tamen est unum et idem in dispositionibus vel in situ secundum suas partes, unde non est diversarum dispositionum quantum ad substantiam, sicut vissum est, set aliis modis.

Tertio QUERITUR utrum celum moveatur propter introductionem formarum naturalium in materia. Et videtur quod non: nobilius nuncquam finaliter tendit in hoc quod est vilius, set celestia nobiliora sunt istis inferioribus cum sint corruptibilia, ergo non movetur nec terminatur in movendo ad generationem formarum istorum inferiorum. AD IDEM: in fine *De Generatione* scribitur quod motus celi non est causa motuum inferiorum, et ita nec generationis et corruptionis. CONTRA: in omni genere prius est causa posterioris; set motus celi prior, ut patet de se, ergo erit causa omnium posteriorum motuum, et ita generationis formarum cum ⟨sit⟩ quidam motus. SOLUTIO: ad hoc notandum quod duplex est finis motus celi; quidam est finis qui est propter
f. 170b 1. suiipsius indi|gentiam, scilicet propter sui continuationem, et hic est primus et principalis; secundus est finis non principalis set consequens, ut assimiletur suo creatori; et hic finis est generatio et corruptio inferiorum. Per hoc solvitur argumentum, et etiam contrarietas libri *De Generatione* et ⟨in⟩ istis libris, ubi innuitur quod celum movetur propter generationem et corruptionem, quia in hoc libro accipitur celum prius omnibus, quia cum eo sunt, scilicet

6 ad non stellatam] *l.* a non stellata. 15–16 introductionem] introductionum *MS.* 27, 28 quidam] quid *MS.* 36 quia] *l.* que.

cum stellis erraticis et fixis; set in *De Generatione* accipitur celum tantummodo pro orbe primo qui seipso solo non sufficit ad habilitandum materiam ad receptionem formarum; set cum hoc exiguntur stelle fixe et planete. Et Nota hic quod duplex est causa motuum generabilium et corruptibilium; una est simpliciter prima, que est volumptas, scilicet, causarum, secunda facta est natura. Et hec est duplex; quedam universalis, quedam particularis. Universalis duplex; quedam primaria ut orbis primus, alia secundaria ut sol ut orbes inferiores. Similiter particularis duplex; quedam extra ut pater, quedam intra ut virtus existens in semine, que est motor intra. Unde in . . . . . scribitur quod semen efficiens est et materia generati, ut propositiones sillogismi.

Quarto QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera* quod voluntas substantie eterne est sua actio. Et videtur quod non: via vel ratio exeundi aliquid in esse non est eadem per essentiam cum illo quod exit in esse, quia non est idem via et terminus vie; set voluntas substantie eterne est ratio per quam in operatione egreditur, quia quod primo vult de hoc agit, ergo sua voluntas non est sua actio. AD IDEM: que se habent per prius et posterius non sunt penitus eadem; set voluntas est prior actione, ergo voluntas et operatio ipsius non sunt eadem penitus Major patet, in *secundo Topicorum*, ubi dicitur quod si aliquid assignatur alicui, considerandum est ad tempus, quoniam si sit disonantia in tempore tunc male assignatur; minor patet, quia primum ab eterno habuit voluntatem producendi mundum in illo instanti in quo productus fuit, licet ab eterno non egit. AD HOC respondent quidam, dicentes quod duplex est actio primi; una est essentialis et propria que est suiipsius et in seipsum, et hoc est intelligere, et hanc non precessit volumptas; alia est que non est hujusmodi, set est sui et ad aliud, scilicet ad creaturas, et precessit hanc voluntas. Set ipsi nichil dicunt, quia de ista actione que est movere loquitur Philosophus *in litera*. Et propter hoc:

7 facta] *l.* causa. 10 ut] *l.* et. 12 *Blank in MS.*

Quinto QUERITUR utrum sua substantia sit sua actio. Et videtur quod non, ducendo ad impossibile: substantia prima est sua actio; set ipse primus agit suam actionem, ergo ipse aget suam substantiam, quod est inconveniens et inpossibile. AD IDEM: absolutum non est relatum in quantum hujusmodi; set substantia primi est quid absolutum, actio autem relatum, quia actio ad agentem et ad actum reffertur, ergo substantia primi non est actio ejusdem, set differunt hec si absolutum et relatum. AD OPPOSITUM sunt rationes et auctoritates philosophorum et omnino mentem humanam possidentes. Si enim in ipsa substantia prima et eterna esset aliquid differens ab ea, tunc istam compositionem ex differentibus esset aliqua ratio precedens, et sic non esset prima, iterum esset tunc dissolutio quia omne junctum per naturam disonetur, iterum non esset purus actus. SOLUTIO: ad hoc ut hec difficultas attendatur vechementi applicatione intellectus diligentissime est notandum quod ipsius substantie eterne duplex est actio; una est prima et essentialis, que est suiipsius et ad seipsum, et hec nobilissima, et hec intelligere, et hec omnino eadem est cum ipsa et cum sua voluntate; alia est cujus actio connotat in creatis, et hec est illa que est suiipsius set ad aliud reffertur, scilicet ad creaturas ut creare, causare, influere, movere; set ad presens subiciatur pro exemplo 'movere', quia maniffestabitur de aliis. Hec actio igitur que est 'movere' ad duo comparatur; uno modo ad id cujus est, scilicet ad creantem moventem, et sic eadem penitus cum voluntate; alio modo ad creaturas mobiles et sic differens vel diversa. Set ut hec nitidius spectentur, pro exemplo dicatur 'deus numero primo creat hanc animam', idem est dicere 'deus vult hanc animam numero primo esse'. Set in hac oratione duo tanguntur; unum est voluntas quod tangitur per hoc quod dico 'vult', aliud est exitus creature quod tangitur per hoc quod dico 'esse'; hec igitur actio quod est 'creare' quantum ad primum quod ibi tangitur, scilicet quantum ad velle, idem est cum

7 ad] *iter. MS.* 9 si] *l.* sicut. 11 possidentes] possessiones *MS.*
15 disonetur] *l.* dissolvetur.

ipso primo, et etiam est ipsum et etiam sua voluntas est; set secundum quod ibi tangitur vel intelligitur, scilicet exitus creature vel volitium, non est idem cum ipso vel cum sua voluntate, set distans in infinitum. AD PRIMAM igitur rationem, dicendum quod minor est duplex; hec, scilicet, quod voluntas est via vel ratio actionis, quia actio potest refferri ad rem accidentalem, et sic voluntas est via vel ratio actionis, nec eadem, ut vissum est, cum actione; vel potest refferri ad creantem, et sic non est ex voluntate, nec voluntas ratio actionis, set est actio voluntas et in sua voluntate agit, appropriatissime loquendo, et sic penitus et omnino est idem voluntas et actio; | aliter f. 170b 2.
primum exiet de ocio in actum, quod est inconveniens, ut hoc sepe in *hoc libro* et etiam maxime *in illo capitulo*, summa aut partim. AD SECUNDAM autem rationem, dicendum quod in voluntate duo sunt; unum est velle, et aliud est quod volitum est, summa est de hac actione movere vel agere; unde fit agere vel movere inter agens vel movens motum, id est, rem motam, vel actum, id est, rem actam. Dicimus etiam quod voluntas quantum ad velle ratio est actionis et via, loquendo de actione quantum ad rem actam, et sic precedit voluntas actionem, et sic non sunt idem, ut vissum est, set differunt; tamen voluntas quantum ad velle, et actio quantum ad agentem, idem sunt et simul, nec voluntas ratio actionis set ipsa actio, ita quod sit ibi predicatio formalis; et hoc modo, agens et volens quod simul et eidem sunt precedunt volitum et actum, que similiter simul et idem sunt. NOTA tamen quod volitum in intentione est ab eterno, ipsum tamen volitum non est ens ab eterno; per hec igitur secundum quod actio et voluntas idem, et quomodo non, et qualiter voluntas precedit actionem, per hec et eodem modo ad secundam questionem solvendum. Dicendum est igitur AD PRIMAM rationem, quod primum agit suam actionem prout est actio rei acte, set non agit suam actionem prout est suiipsius, et hoc modo idem est quod sua substantia, modo predicto differunt. AD SECUNDAM: dicendum quod duplex est

3 volitium] *l.* volitum. 14 hoc] *l.* habetur.

relatum; quoddam est quod convertibiliter dicitur ad suum correlatum, ut pater ad filium et filius ad patrem, et in talibus est relatio proprie; aliud est relatum non convertibiliter, quando, scilicet unum dicitur ad aliud et non e contrario, ut actio que ipsius primi est, et etiam rei acte; set prout est ipsius primi non dicitur ad rem actam nec ab illa dependet, set res acta ad ipsam dicitur et ab ipsa dependet, et ita actum, ut est ipsius primi, non est relatum, set est quid absolutum sicut subjectum et hoc modo eadem est cum ipsa, set ut est actio relata ad res actas tunc relatum est et dicitur ad ipsum actum ut est in primo, et sic non est idem cum primo vel cum substantia primi; et ita prout est idem actum cum primo est quid absolutum, et prout non, est quid relatum. Per hec igitur difficultas questionum et etiam rationum evidenter resseratur.

QUERITUR hic primo de hoc quod dicitur *in litera*, scilicet quod deus semper est sicut nos in alica hora, et ita vult quod nos sumus in tempore una hora sicut primum est in omni tempore. Et videtur quod sit falsum: scribitur in libro *Physicorum* quod finiti ad infinitum nulla est comparatio; set substantia prima infinita est per potentiam quam habet non limitatam, cum sit actus purus. Set hoc etiam dicit *in litera*, creature autem omnes finite sunt per potentiam, cum habeant potentias limitatas et differentes ab essentiis, cum a summa simplicitate defficiant, ergo creaturarum ad creatorem nulla est comparatio vel proportio, ergo nos, cum sumus creature, non erimus aliquando sicut ipse deus. AD IDEM: scribitur *in capitulo De Velocitate* quod omne excellens dividitur in id quod excellit et in id quo excellit; set non dividitur aliquid nisi in ea ex quibus componitur, ergo si prima substantia in essendo excellit nos sicut ponit litera, quia semper est, et nos, nos non semper set in alico tempore, tunc componetur sua excellentia ex parte temporis, vel ex hora in qua sumus, et ex eo in quo nos excellit; set hoc est inconveniens, et alia

21 infinita] finita *MS.* contra. 28 *Velocitate*] Voltio *MS.* 35 alia] *l.*

auctoritas ex qua sequitur. AD IDEM: corporalis ad spirituale nulla est comparatio vel proportio; set nos sumus corporales, deus autem eternus spiritualis, ergo omnium istorum nulla est comparatio vel proportio adinvicem in essendo vel in duratione existendi. CONTRA: effectus ad causam proportio est vel e contrario; quia oportet esse aliquam rationem proportionis quare hoc agat, illud patiatur; set creature vel nos effectus sunt substantie prime, ergo creaturarum vel nostrum ad creatorem erit proportio, set prioribus prius est de rebus existentia, ergo in existentia erit ista comparatio. Et propter hoc:

Secundo QUERITUR de quodam dicto a Commentatore supra hanc *literam*, in quo videtur heressis multiplicari; dicit enim quod equalis est volumptas dei in suiipsius comprehentione vel contemplatione et delectatio anime in suiipsius apprehentione. Et videtur quod non: sicut delectans ad delectatum sic voluptas ad voluptatem vel delectationem; set ipsi deo nichil est equale, ergo voluptati ipsius nichil erit equale, ergo delectatio anime in sua apprehentione non erit equalis delectationi dei in sui apprehentione. AD IDEM: in apprehentione nobilioris et magis delectabilis, major est delectatio; set substantia prima nobilior est et delectabilior, cum sit optimum, quam anima, ergo etc. CONTRA: esse per se intelligere omnino a materia et a conditionibus separatum, sibi ipsi presens esse ubicunque hee conditiones reperiuntur ibi est equalis comprehencio intellectui, quia iste sunt conditiones verioris et nobilioris modi intelligendi; set in anima intellectiva separata sunt hujusmodi conditiones, ut dicit Augustinus et Commentator, et similiter in prima substantia, ergo illorum equalis est apprehentio et ulterius delectatio apprehentionis. Et propter hoc, ut evidentius pateant predicte:

Tertio QUERITUR de hoc quod innuitur *in litera* quod delectatio vel voluptas quam habet anima de comprehentione sui in parvo tempore consistit, set dei semper est; hoc etiam dicit Commentator expresse. Et videtur quod non

8 set] set creator *MS.* 14 volumptas] *l.* voluptas. 15 delectatio] delece *MS.* 17 voluptatem] voluptatum *MS.* 33 quod] sive *MS.*

in tempore non inest in parvo tempore; set intelligere non inest anime separate in tempore, ut scribitur in *De Causis* ergo nec in parvo tempore vel in aliqua hora, ergo ulterius delectatio de hoc quod anima non intelligit se non est in parvo tempore. AD IDEM: omnis substantia perpetua habet operationem proprie per quam continuatur in suo
f. 171 a 1. esse separato et perpetuo, | quia nulla substantia est otiosa; set anima separata a corpore est substantia perpetua, quia incorruptibilis dei jussu in statu separationis effecta est, ergo anima habet propriam operationem in illo statu per quam in suo esse comparatur continuatur in perpetuum. Set non est aliqua comparatio in qua in perpetuum posset nisi intelligere, ergo intelligere se in perpetuum et non in parvo tempore, et ulterius voluptas intelligendi seipsam. CONTRA: scribitur in *De Invisibilibus Dei* quia omnia immensitati divine comparata momentanea reputantur, ergo delectatio vel voluptas quam habet anima in comprehentione suiipsius momentanea, vel in parvo tempore, quod idem est. SOLUTIO: notandum quod ad intelligendum hunc sermonem 'nos sumus in aliqua hora sicut deus est semper', primo distinguendum est quod hoc dico, 'sicut', secundo hoc quod dico 'nos', tertio hoc quod dico 'hora' vel 'semper'. Dico igitur quod 'sicut' potest eppresum similitudinis vel uniformitatis, et sic est falsa propositio, quia existentia primi per se est formaliter et effective et semper, set nostra existentia non, quia semper sumus a ipso primo effective; secundo modo potest esse 'sicut' expressivum comparationis, et sic iterum falsa, quia sicut non-entis ad ens non est comparatio, sic nec creaturarum ad creatorem; tertio modo potest esse expressivum causalitatis, et sic est vera, unde ponitur 'sicut' pro 'quia'. Et Nota quod sicut dicit *in litera* quod 'hoc mirum', per hoc innuens quod productio rerum est admiranda, quia earum existentiam dicit imediate quod si magis, magis mirum, per hoc innuens quod magis est admiranda perpetuitas et beatitudo cause prime; similiter 'nos' potest

9 jussu] justi *MS.* 11 comparatur] *l.* separato. 12 comparatio] *l.* operatio. 24 eppresum] *l.* esse expressivam.

sumi a parte corporis, secundo modo a parte anime conjuncte corpori, et sic non intelligitur sermo. Potest etiam sumi pro anima nostra in statu separationis et sic intelligitur. Similiter 'semper' vel 'hora' dupliciter accipiuntur; uno modo proprie, et sic 'semper' dicit totalitatem temporis, et 'hora' partem temporis, et sic non intelligitur hic, vel transumptive et sic 'semper' pro eternitate, et 'hora' pro parte eternitatis, unde 'semper' pro perpetuo, et perpetuum pro eterno, et eternum pro creata pro causata, quod idem est, pro eterno creata multotiens accipiuntur; similiter 'hora' vel parvum tempus pro eternitate sub conditione minus nobili sumitur. Propter quod Nota quod anima separata est in eternitate sub conditione minus nobili, quia est post eternitatem vel inferius eternitate, id est, in confinio vel origine eternitatis et temporis, unde ipsa est post eternitatem, suum tempus in fine eternitatis in principio eternitatis, et propter hoc ibi, cum hoc quod dico 'hora' ponitur alica quod est ibi nota diminutionis. Intelligentia autem est in eternitate et cum eternitate. NOTA tamen, quod anima nobilitate de se superius est quam intelligentia; intelligentia tamen superius est simplicitate nature, substantia autem prima supra eternitate per simplicitatem et ante per causalitatem. Et Nota quod hujusmodi transumptiones nominum maxime in hac scientia fiunt, quia materia ardua est et a nobis occulta, et in occultis apertis testimoni⟨i⟩s uti. Per hec patet solutio rationum, quia due prime procedunt secundum quod li 'sicut' denotat proportionem vel similitudinem aut comparationem, ultima autem secundum quod causalitatem. Per hoc etiam solvitur tertia questio et rationes ejusdem, quia li 'parvo tempore' accipitur pro eternitate minus nobili, et propter hoc, ponitur hoc quod dico 'parvum' quod est nota diminutionis. AD SECUNDAM questionem, dicendum quod nullo modo voluptatis primi est equalitas in comprehentione suiipsius ad voluptatem anime quam habet in comprehendendo vel intelligendo essentiam suam. Et CONCEDO .2. rationes hoc ostendentes. Ad rationem CONTRARIAM, dicendum quod iste conditiones que dicte

17 alica] *l.* aliquod.

sunt, scilicet esse per se intelligere, non insunt anime a seipsa set a causa prima ipsi autem cause prime insunt per se. ITEM: non insunt eodem modo, quia in causa prima nuncquam fiunt conditiones materiales, aliquando tamen fiunt in anima, scilicet quando erat conjuncta. ITEM: anima non est actus purus sicut prima causa. Set tamen, ut sustineatur Commentator, Notandum quod anima intellectiva dupliciter potest comprehendere se; uno modo in eo quod est substantia absoluta, et sic se solum apprehendit et non creatorem; alio modo potest comprehendere in eo quod creatura, et hoc modo creatorem secum comprehendit. Dicendum igitur quod cum dicitur 'equalis est apprehensio primi a seipso et anime', hoc quod dico 'equalis' potest esse determinatio rei, et sic propositio vera, et hoc modo apprehenditur ab anima et a primo, scilicet ipse; vel potest esse determinatio modi apprehendendi, et sic falsa, quia non est idem modus apprehendendi ipsum primum a seipso primo et ab anima, set differt in infinitum, idem tamen apprehenditur.

QUERITUR hic primo utrum deus sit vivens. Et videtur quod non: scribitur in libro *De Motu Cordis* quod vivere est seipso moveri, ergo vivit. AD IDEM: scribitur in *De Causis* quod vita est actus fluens etc.; set primum vel deus non fluit, ergo ab alico, ergo non est vita, ergo nec habet vitam nec est vivens, quia qui⟨c⟩quid in ipso est, ipsum est per essentiam. CONTRA: cuicunque inest intelligere eidem inest vivere, quia intelligere est unus modus vivendi, in libro *De Anima*; set deo inest intelligere, ergo vivere. SOLUTIO: quedam est vita per essentiam, et hec inest ipsi deo, alia est vita per participationem, et hec est in creatis, unde quia vita inest ipsi deo per essentiam, propter hoc, et propriissime loquendo, dicitur deus vita et etiam de omnibus conditionibus in ipsa existentibus, ut deus est bonitas, deus est unitas, deus est veritas, et sic de aliis. Set quia in creaturis sunt hujusmodi conditiones per partif. 171 a 2. cipationem | solum propter inconvenientia dicitur anima

22 ergo] *l.* set deus non seipso movetur, ergo non.

est vita, vel bonitas, vel aliquid hujusmodi; et de hac vita que est per participationem, dicitur in *De Causis* quod vita est actus fluens ab ente quinto simplici sempiterno. Per hoc solvuntur objecta, quia duo prima procedebant de vita que est participatio, primum autem de vita que est per essentiam. Set ulterius Nota quod duplex est vivere; primo modo intelligere, et de hac vita deus formaliter, quod idem est suum intelligere, sua vita, suum esse. Sunt alii tres modi vivendi, ut generare, sentire, secundum locum moveri, et de istis loquendo, vivit aliquid, aut tanquam efficiens, et sic anima; aut tanquam suscipiens vel subjectum, et sic corpus; aut tanquam influens, et sic primum.

Secundo QUERITUR utrum sint plura principia eterna vel dii. Quod sic videtur: in quolibet genere est ponere unum primum quod est causa omnium illius generis, et est ex opposito diversum ab eo quod est primum in alico genere; set bonum et malum duo sunt genera, quia non sunt in genere set sunt genera aliorum, ut arguit Aristoteles, ergo in quolibet istorum erit ponere unum primum principium, ergo adminus duo. AD IDEM: omne quod fit, fit ex sibi simili, ergo bona a bono et mala a malo, ergo duo erunt principia. AD IDEM: ad ea que per motum et mutationem exeunt in esse tria requiruntur principia, scilicet materia, forma, privatio, ut patet in *primo Physicorum*; set que exeunt in esse per creationem exeunt in esse per mutationem, quia creatio est quedam mutatio, ergo ad ea que exeunt in esse per creationem tria requiruntur principia, et ita tria erunt principia. AD OPPOSITUM sunt auctoritates et rationes philosophorum et omnium mentem humanam habentes. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod unum est principium eternale quod est agens per voluntatem, a quo omnia fluunt effective, plura tamen sunt principia naturalia ex quibus res naturales generantur et in quibus resolvuntur. AD PRIMUM argumentum, dicendum quod major intelligitur in quolibet genere quod est natura aliqua; set malum non est natura aliqua, set deffectus. Vel dicendum quod major intelligitur

3 quinto] *l.* quieto. 9 sentire] stūtire *MS.* 29 habentes] *l.* habentium. 35 est [2]] est a *MS.*

in quolibet retinente ordinem; set malum non retinet ordinem, set privat, et propter hoc non habet causam efficientem, set defficientem. AD SECUNDUM: dicendum major est intelligenda de principio materiali, vel de materiali et efficienti simul, et non de principio solummodo effective quale est primum. AD TERTIUM: dicendum major vera est de eis que exeunt in esse per motum et mutationem a natura factam, et non ab agente cognoscente et voluntario, a quo est creatio.

Tertio QUERITUR, dato quod non sint plures dii set unus tantum, utrum hoc unum vere dicatur de ipso deo, scilicet utrum convenienter dicatur 'deus est unus'. Et videtur quod non: scribitur in *De Unitate et Uno* quod unum derelinquitur ex unione forme cum materia. In deo non sunt materia et forma, ergo non est unus. AD IDEM: in uno potest esse diversitas, ut innuitur in *hoc .xi.*, et non in simplici; set in deo nulla est diversitas, ergo non est unus. AD IDEM: unum est indivisum in se, divissum autem ab aliis, ergo si deus est unum divissum esset; set divissum ex dividente et divissibili componuntur, ergo deus ex hiis componitur, quod est inconveniens. CONTRA: quod est maxime impartibile et simplicissimum maxime est unum, propter hoc enim est punctus unum judicatus quod inpartibile est et simplex; set deus est hujusmodi, ergo maxime est unus. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est unum vel unitas; quedam est per essentiam, et hujusmodi unitas non addit aliquid,nec aliquod accidens sive aliquid cujus est,et sic deus est unus et, loquendo appropriatissime, unitas, unde sua unitas et ipse idem sunt; alio modo dicimus unum et unitas per participationem, et sic in creatis, unde intelligentia vel aliquid creatum non est unitas set unum, et talis unitas est per participationem, addit supra illud cujus est, est enim in genere quantitatis. Et Nota quod primum vel deus ⟨unum⟩ unitate; set unum unitate .4. modis. Uno modo dicitur illud unum in discreta quod est radix et origo discretorum, et hoc modo est unitas quod est principium numeri. Secundo modo quod est principium continuorum, et sic

6 effective] *l.* effectus. 34 ·4·] ·5· *MS.*

punctus. Tertio modo quod non est divisibile per se nec per accidens, divisibili tamen compossibile, ut anima intellectiva. .4. modo quod non est divisibile per se nec per accidens, nec divisibili compossibile, et sic primum vel deus. Per hec solvuntur rationes.

QUARTO QUERITUR utrum sit continuus, sicut dicit *in litera*. Et videtur quod non: in quo non est accidens nec proprietas nec quantitas in eo quod est proprietas quantitatis; set in deo non sunt hujusmodi, ut patet in *De Articulis Fidei*, et etiam ubique a philosophis probatur, ergo in deo non est proprietas quantitatis; set continuitas est proprietas quantitatis continue, ergo etc. CONTRA: quod est maxime permanens in suo esse, maxime in suo continuatur et maxime est continuus; set primum est hujusmodi, ergo etc. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est continuitas; quoddam est continuitas rei et hec est continuitas magnitudinis que est accidens vel | proprietas quantitatis, et f. 171 b 1.
talis non est in deo; alia est continuitas, non rei vel magnitudinis set modi existendi, et hec est in prima, quia habet esse continuum pre non esse. Per hoc solvuntur rationes.

Quinto QUERITUR utrum sit deus sit eternus. Et videtur quod non: substantia est id quod vere idem est, ut patet in libro *Physicorum*, ergo primum est id quod vere est; set eternitas cum sit idem quod tempus, ut videtur, quia tempus est eternitas fluens, non id quod vere est, quia est accidens, ergo primum non est eternitas vel eternum. AD OPPOSITUM est ratio Aristotelis in litera et philosophorum plurium. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est eternitas; quedam per essentiam, et hec est increata, et hec non idem quod tempus, nec est accidens, et hoc est quia vere est quod idem est, quia materia pura; et de hoc vere dicitur, quia primum est eternum, et etiam competentius quod est eternitas; alia est eternitas per participationem, et hec non est absoluta set voluntate; quereritis conditionata, et hoc idem est quod tempus, et hec non est quod vere est secundum

3 .4.] .5. *MS.* 19 prima] *l.* primo. 32 materia] *l.* intelligentia.
35 voluntate . . . conditionata] *l.* voluntate creantis condita. hoc] *l.* hec.

quod li 'quod vere est' est continuatio rei, tamen possumus dicere quod hec est conditio modi existendi et non rei, et hec est in creaturis et non in primo, et de hac dicitur quod intelligentia, ut celum, est eternum et non eternitas. Per hoc solvuntur rationes.

Sexto QUERITUR utrum sit in fine nobilitatis. Et videtur quod non: cui inest nobilitas sine fine ipsum non est in fine nobilitatis; set primo in esse nobilitatis sine fine, ergo non est in fine nobilitatis. CONTRA: quod est divinum et maxime nobile, a quo et ad quem omnis nobilitas ipsum, est finis, vel in fine nobilitatis; set primum est hujusmodi, ergo etc. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod cum dicitur in fine nobilitatis, ibi potest esse conditio partitiva, ita quod sit expressa per hanc orationem quod nobilitati insit terminus vel finis; et sic est falsa, nec sic intelligitur auctoritas. Alio modo potest esse conditio non partitiva, set erit supra in fine simplicitatis, id est, ultra cujus nobilitatem non est nobilitas, set est finis omnis nobilitatis, et sic intelligitur propositio. Per hec solvuntur rationes.

Septimo QUERITUR utrum deus sit magnus. Et videtur quod sic; per auctoritatem philosophorum et etiam catholicorum dicentium 'deus magnus immensus est' et hujusmodi. CONTRA: quod nullum habet accidens non habet magnitudinem, quia magnitudo quantitas, primum nullum habet accidens, ergo etc. AD HOC dicendum quod duplex est magnitudo; est enim quedam magnitudo quantitiva cujus passiones sunt finitum et infinitum, que per divisionem in continuis, et appositionem in discretis causatur, et hec est magnitudo substantie, et non virtutis vel potentie, et hec est accidens, scilicet quantitas, et talem non habet primum; alia est magnitudo non quantitiva, que non est per appositionem vel divisionem finita vel infinita, et talis est magnitudo potentie et virtutis, et talis magnitudo inest primo, unde deus est magnus per potentiam quam habet, que potentia per ydentitatem sui cum essentia infinita est. Per hec solvuntur rationes, et per hoc manifestatur .4. conclusio, que est quod deus nullam habet magnitudinem.

8 in esse] *l.* inest. 27 et] et in *MS.*

De nona et ultima istius capituli, que est quod deus non patitur transmutationem, satis vissum est in precedentibus.

Octavo QUERITUR secundum sententiam Algazelis, utrum deus est largus. Et videtur quod non: per diffinitionem largi, largus est, ut dicit Algassel, qui confert beneficium optimum sine spe recumpensationis; set deus nichil confert sine spe recumpensationis, ergo deus non est largus. Minor patet, quia ipse dat esse animabus ut adimpleantur sedes intelligentiarum que ceciderunt; iterum dat animabus et intelligentiis esse et cognitionem, et etiam omni creature, ut sua potentia et sapientia manifestentur et sibi laus conferatur, ergo dat in spe recumpensationis. AD IDEM: qui omnia retinet non est largus; set primum vel deus omnia retinet, ergo non est largus. Minor patet, quia deus omnes retinet divitias quia nichil ei defficit; ergo omnia habet. CONTRA: omne quod est suiipsius difussivum maxime est largum, deus est hujusmodi, ergo maxime est largus. Major patet de se; minor etiam apparet quia essentiam dat entibus, vitam in viventibus, intellectum intelligentibus, et sic de aliis. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est largitas; quedam per essentiam et appropriationem, et hec est in primo, unde dicitur largus quia largitas et essentia idem sunt, et hec est proprie largitas, quia fit sine spe recumpensationis, cum ipse deus nichil indigeat; alia est largitas per participationem, et hec est largitas nomine communi et extenso, et hec est in creaturis, nec fit sine spe recumpensationis, cum in qualibet creatura fit indigentia aliqua. Ubi tamen minor est indigentia major est largitas, unde in intelligentiis major que influit bonitates animabus, et hoc per influentiam a deo suspectam in celestibus, que influunt in inferioribus, et hec per influentiam ab intelligentiis et ab ipso primo acceptam. In inferioribus minima est largitas, quia maxima indigentia propter elongationem ab optimo, supremo, perfectissimo, sufficientissimo. Hec item creata non sunt vere larga, quia non dant nisi quod acciperunt aliunde, scilicet a primo. AD PRIMAM

6 optimum] oportanum *MS.* 27 fit] *l.* sit. 29 bonitates] lenitotes *MS.* 30 suspectam] *l.* susceptam. que] in que *MS.*

rationem, dicendum quod dare, gratia recumpensationis, hoc est dupliciter; uno modo quia danti inest indigentia recumpensationis, et sic est in creatis, et sic procedit; alio modo quia ei cui datur insit indigentia recumpensationis, et sic est in deo, unde confert deus creaturis esse et cognitionem ut ipsum timeant, laudent, et diligant, ut istis motibus fruiccio suo dulcissimo gloriosse et optime beatitudinis in perpetuum delectantur. AD SECUNDAM: dicendum quod omnia retinere, servare, vel possidere hoc est dupli-
f. 171 b 2. citer; uno modo retinere et nichil dare, et sic non com-| petit deo omnia retinere; alio contingit retinere possidere, vel possidere et que sunt danda dare, et sic deo competit omnia possidere, quia nullum bonum sibi defficit, et etiam que sunt danda dare. Unde Nota quod vere largus est moralis, quia retinet retinenda et dat danda, nec tamen est invidus, confert enim beneficia secundum quod creata possibilia sunt ad recipiendum; quedam tamen retinuit que nulli creature voluit tribuere, quia hoc tribuendo sue sapientie et potentie derrogaret unum similem creando, hoc autem esset inpotentia et non-potentia, unde si majoris capaces essent creature, majorem eis influeret, cum sit fons totius sapientie, potentie, et bonitatis. Set CONTRA predicta sunt objecta sic: omnis emanatio vel diffussio facta ab alico diminuit ipsum a quo fit, ergo si omnium bonorum fiat diffusio, deus ipse per hujusmodi diffusionem diminuitur; set hoc est falsum et inconveniens, ergo non possunt alica bona emanare. AD QUOD dicendum quod duplex est diffusio vel emanatio; quedam est corporalis, et hec est in creatis corporibus, et de hac procedit ratio; alia est spiritualis, et hec est a primo, unde si alico sciente fiat diffusio scientie, propter hoc scientia in ipso non diminuitur set potius augmentatur, quia hoc est rei spiritualis diffussio.

Nono QUERITUR utrum verissima essentia istius principii eternalis hoc nomine 'deus' convenienter nominetur. Et videtur quod non: quod est ineffabile nullo modo nominatur set primum principium est hujusmodi, ergo nullo modo

7 fruiccio s. d.] *l.* fruendo sue dulcissime. 9 servare] possidere *MS.*
14 dare] *l.* dat.

nominatur, ergo nec hoc nomine 'deus'. Major patet de se; minor etiam in libro *De Causis* et etiam *De Articulis Fidei*, pluries demonstratur. CONTRA: quod est conferens et dator omnium bonorum hoc nomine 'deus' nominari nuncupatur; set primum est hujusmodi, ergo convenienter appellatur. Major patet, quia 'deus' a deitate, et 'deitas' a datore dicitur, ut ad presens supponitur; et propter hoc omnium istorum nominum 'deus', 'deitas', 'dator', queratur differentia. SOLUTIO: ad hoc notandum quod aliquid nominatur dupliciter; uno modo per appropriationem proportioni et determinationi essentie rei necessarie ad nomen et circumlocutionem proprietatum ejusdem rei, et sic creata nominantur, et hoc est proprie nominari; set principium primi hoc modo non potest nominari quia nec a parte essentie, quia sua essentia est supra omne nomen, set nomen est quodam modo supra nominatum. Item: nec a parte nominis, cum nullum nomen tantam potentiam, sapientiam, bonitatem, atque nobilitatem, possit exprimere. Item: nec a parte nominantis, cum nullus nominans tante simplicitatis possit comprehendere. Alio modo potest nominari aliquid, non nomine omnino appropriato determinando et proportionali nominato, nec omnes ejus proprietates exprimens, set nomine aliquam proprietatem essentie nominate exprimente, prout possibile est, proprietatem, scilicet a primo impendentem magis notam. Et hoc est proprie nominari, quia nomen et nominatum non sunt proportionalia, et hoc est nominari gratia ratiocinandi, vel de ipsa essentia sermonem faciendi, et hoc modo loquendo de nominatione hanc essentiam, hoc nomine 'deus' possumus nominare propter istam dationem vel influentiam que in ipsa reperitur et maxime a nobis cognoscitur, indifferens tamen est ab ea, quia quicquid in ipsa est, idem cum ipsa. AD ANEXAM questionem, dicendum quod illam essentiam nominat hoc nomine 'deitas', 'dator' autem nominat ipsam non prout est essentia, set prout est conferens vel collatrix bonorum. Deus autem utrumque nominat, scilicet essentiam et bonorum collatorem, unde 'deitas' a parte essentie, 'dator' a parte collatio-

5 nuncupatur] *l.* meretur. 22 exprimens] *l.* exprimente.

nis bonorum ; set ' deus ' utroque modo. Per hoc solvuntur rationes.

QUERITUR primo in hoc capitulo cujus artifficis sit considerare de motibus corporum celestium. Quod metaphysici videtur : cujus est considerare causam, ejusdem est considerare effectum, quia effectus cognoscitur per causam ; set metaphysici est considerare causam motus celestis, scilicet causam primam, ergo metaphysici motus celestis est considerare. QUOD methamatici videtur : cujus est considerare distanciam, appropinquationes, retrogradationes, et hujusmodi celestium mobilium, ejusdem est considerare motus eorundem, quia hec omnia sunt in eis per motus eorum ; set methamatici est hujusmodi considerare, ergo etc. QUOD naturalis philosophi videtur : cujus est considerare subjectum, ejusdem est considerare passionem, quia passio cognoscitur per subjectum. Set physici est considerare omne corpus mobile, ergo et omnem motum ejusdem. SOLUTIO : ad hoc notandum quod de celestibus orbibus et eorum motu contingit loqui tripliciter ; uno modo in quantum entes sunt, et per relationem sui ad substantiam moventem, scilicet causam primam, et sic sunt de consideratione methaphysici ; secundo modo ratione quantitative nature, scilicet quantum ad eorum magnitudinem et sic de consideratione methamatici ; tertio modo ratione qualitative nature, scilicet ratione influentie in inferioribus, et sic sunt de consideratione physici. Per hoc solvuntur rationes diversis iiii. procedentis.

Secundo QUERITUR utrum sint plures orbes. Et videtur quod non : scribitur in libro *De Memoriali* quod omnis multitudo ex imperfectione causatur ; set orbes non sunt imperfecti, sed perfecti et completi quia substantie sunt eterne, ut hic *in litera*, ergo in eis non est multitudo, ergo non sunt plures. AD IDEM : dicit Algazel quod ab uno simplici immediate non procedit nisi unum ; set orbes celestes per creationem et ita immediate a primo processerunt, quia eterne substantie sunt, ergo non sunt plures. CONTRA :

8 celestis] *l.* celestes. 27 iiii] *l.* viis. 35 creationem] creatio *MS.*

diversitas effectuum et operationum a diversitate causarum emanat, quia effectus vel causatum correlativa sunt, ergo si unum multiplex et alterum. Set in universo est diversitas effectuum emanans a celestibus orbibus, ergo in ipsis erit pluralitas et diversitas. Minor patet, quia quedam sunt stelle que cause sunt caliditatis, ut sol; quedam humiditatis ut luna, et sic de aliis. Et propter hoc:

Tertio QUERITUR utrum sunt plures orbes celestes secundum numerum vel secundum speciem. Et quod neutro modo sint plures set unum videtur: scribitur in .ii. *Methaphysice* quorumcunque materia est una una forma, continua sunt unum numero; set orbes celestes sunt hujusmodi, ergo sunt unum numero et specie. Minor patet, quia unam habet materiam ut visum est | in *Physicis*, item: f. 172 a 1
unam formam, quia dicit Avrois supra librum *De Celo et Mundo* quod orbes secundum speciem, id est, secundum formam, non differunt. AD IDEM: multiplicatio rei secundum numerum eidem debetur propter corruptionem, ut patet in *De Generatione et Corruptione*, unde istis inferioribus corporibus data est virtus generativa ut in alio secundum speciem salvaretur quod in eodem secundum numerum continuari non potest, non autem celestibus, quia semper eadem secundum numerum continuantur; set orbes supercelestes sunt incorruptibiles, quia substantie sunt eterne, ergo in eis non est multiplicatio secundum numerum, ergo nec secundum speciem. CONTRA: quecunque sunt multa et in numerum ponentes differunt secundum numerum; set orbes sunt hujusmodi, quia alius est orbis primi et secundi, ut patet *in litera*, ergo differunt secundum et sunt plures. QUOD PLURES sint et differentes secundum speciem videtur: quecunque habent diversas operationes sunt differentia specie, quia speciei est agere materie aut pati; set orbes celestes habent diversas operationes, quia diversimode influunt in inferioribus, ut vissum est, ergo etc. SOLUTIO: ad attendendum primo, nota quod dixit Alanus in libro

2 causatum] *l.* causatum et causa. 6 caliditatis] causalitatis *MS.*
7 humiditatis] humanitatis *MS.* 27 ponentes] *l.* ponentia. 29
secundum] *l.* secundum numerum. 34 in] utrum *MS.*

*De Maximis Theologie*: dixit enim quod in supercelesti scilicet in primo, est unitas; in celesti, scilicet in orbibus alteritas, id est, diversitas accidentalis; in ⟨sub⟩celesti, id est, in inferioribus, pluralitas, id est, diversitas substantialis numero et specie. Set ulterius, propter evidentiam questionum, Notandum quod de celestibus contingit loqui tripliciter; uno modo per comparationem formas eorum spesificum, scilicet in se et absolute, et sic non differunt specie set solum numero; secundo modo per comparationem eorum conditorum qui in eis diversas naturas indidit, et sic differunt specie prout species nominat virtutem; tertio modo per comparationem ad hec inferiora in quibus influunt diversimode et operantur, et sic specie differunt prout species nominat operationem. Per hoc solvuntur questiones. AD PRIMAM rationem prime questionis, dicendum quod duplex est multitudo; quedam est ab agente voluntario in primo exitu, et talem habent orbes, nec de tali intelligitur auctoritas; alia est multitudo causata a materia per materiam in secundo exitu, et de hac intelligitur. Vel dicendum quod duplex est multitudo; quedam est que est rei multiplicantis actio, et hec ex incompletione et propter corruptionem debetur rebus; alia est multitudo que est rei multiplicate passio, et hec non debetur rebus propter corruptionem, et hec est in celestibus. AD SECUNDAM rationem, dicendum quod auctoritas Algazelis hec, scilicet ab uno simplici immediate non procedit nisi unum, sic exponitur; id est, non procedunt plura absque ordine, unde ·7· planetarum immediate possunt procedere, et procedunt; set ordinata sunt, unde non procedit nisi unum quod sit principium ordinationis in generatione illorum, scilicet causatorum vel processorum, ut esse, intelligentia, vel anima. Argumentum esset hereticum, unum esse ut est actus vel forma unum; ut autem idem est et ens quod est comprehensivum totius multitudinis causatorum, sic plura sunt, quod est in *De Causis* perfectius inquirendum. AD PRIMAM rationem secunde questionis, dicendum quod cele-

4 pluralitas] pluraritas *MS.* 7 formas e. s.] *l.* corum ad formam spesificam. 10 conditorum] *l.* ad conditorem. 28 ·7· planetarum] *l.* plura.

stium una est materia secundum essentiam solum, et non secundum esse. Secunda ratio solvitur per predicta.

Quarto QUERITUR utrum orbes sint continui. Et videtur quod sic: *10. Methaphysice* scribitur quod continua sunt quorum motus unus; set omnium orbium est motus unus quod vult Aristoteles in *De Celo et Mundo*, omnes orbes moventur per motum orbis primi, et est ille motus communis eis, ergo ipsi sunt continui. AD IDEM: *.5. Physicorum* quod continua sunt quorum terminus unus; set orbium omnium terminus est unus vel finis, quia moventur ad hoc ut assimilentur suo motori, ergo continui sunt. CONTRA: scribitur *.5. Methaphysice*, quorum una est materia per formam unam continuatam; set orbium non est materia una omnino, quia non est una secundum esse set secundum essentiam solum, ergo orbes non sunt continui. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod continuitas est .5. modis: uno modo est continuitas magnitudinis, et de hoc dicitur, quod continua sunt quorum terminus est unus. Et hec est duplex, quia est duplex terminus; quidam intra qui cedit pro forma perficiente, ut punctus qui est terminus duarum linearum continuarum et perfectio earundem, et hoc modo non sunt continui orbes; alius est terminus extra, et hoc est proprie finis, et quantum ad hunc terminum quem eundem habent continui sunt; moventur enim propter unum scilicet ut assimilentur suo motori. Secunda est continuitas forme, ut Sor, vel aliquid hujusmodi habet formam continuam, et hanc non retinet continuitatem, et de hac loquitur in *.5. Methaphysice*. Tertia est continuitas motus; set hec est duplex quia motus duplex; quidem est motus eorum communis, scilicet motus firmamenti vel octave spere, per cujus motum moventur .9. inferiores orbes tanquam per motum communem, et hoc modo continui sunt, quia unum motum communem habent; est autem alius motus eorum proprius quem habet quilibet orbis per se et proprie, diversum ab aliis motibus et propriis, et quantum ad hunc motum non sunt continui. Quarta est

8 quod continua sunt] *iter. MS.* 12 *l.* continua sunt quorum u. e. m. 35 diversum] *l.* diversus. 26 forme] for . . . te *MS.*

continuitas causalitatis, et hec duplex; quia quedam est causalitas materialis, ut aqua et terra continue sunt et magis continue quam aqua et ignis, quantum ad hoc quod ex eis aliquid materialiter componatur, et sic non sunt continua; alia est causalitas effectiva, et sic continua, quia continue excitant et disponunt et movent ad generationem | inferiorum. Quinta est continuitas influentie secundum quod dicitur quod cor continue influit in aliis membris, et causa prima in causatis, et celestia in inferioribus, et hoc modo continua sunt. Per hoc solvuntur rationes.

f. 172 a 2.

Quinto QUERITUR utrum stelle que sunt in illis orbibus sicut partes. Et quod non: non ad formam nec ad situm, et non sunt reales motus, ergo non moventur. Quod non ad formam, quia sola generabilia et corruptibilia ad formam moventur, hec autem sunt perpetua. Nec ad situm, quia non sunt transmutabiles secundum situm, semper enim sunt in eadem parte sui orbis, secundum Aristotelem in *De Celo et Mundo*. AD IDEM: .5. *Physicorum* scribitur quod omnis pars localiter mota movetur in loco et non ad locum; set stelle sunt partes orbium secundum Aristotelem in *De Celo et Mundo*, unde nichil aliud est stella quam aggregatio luminis in aliqua parte orbis, ergo non moventur ad locum vel situm. AD IDEM: ratio Aristotelis in *De Celo et Mundo* ⟨quare⟩ non moventur in profundo sui orbis, quia tunc scinderent suum orbem, quod est inconveniens; nec quia non essent in equali distantia terminorum sui orbis, quod item est inconveniens, sicut patet ubi de hoc principalis est consideratio. CONTRA: omnis pars fixa in aliquo corpore, que ejusdem est nature cum corpore cum quo fingitur, movetur ad motum illius corporis; set hec patet, quia ex quo est ejusdem nature non repugnabit motui ipsius, set cum ipso movebitur. Set stella fingitur in orbe suo, que ejusdem nature est cum illo, aliter una stella non appropriatur ad esse potius in uno orbe quam in alio, ergo cum omnes orbes movetur ut patet sensui, et omnes stelle movebuntur. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod quedam sunt stelle fixe que, scilicet, finguntur in .8. spera, scilicet in

6 excitant] exttant *MS.* 12 *post* partes *l.* moveantur *D.* nec] *l.* et. 29, 32 fingitur] *l.* figitur. 37 *l.* figuntur.

primo orbe, et hec uno motu moventur, scilicet in motu firmamenti; alie sunt stelle erratice, .7. scilicet que sunt in aliis orbibus inferioribus, et dicuntur erratice quia duobus motibus moventur, et hee etiam planete dicuntur, unde omnes moventur, tam fixe quam erratice. Et hoc quadruplici de causa; unum propter propinquitatem motoris sui; secunda est quatinus sui motori assimilantur, scilicet primo; tertia est quatinus per sui motum in sui esse continuentur, quod est propter generationem et transmutationem inferiorum. Set nota ulterius quod duplex est motus; est videlicet quidam motus, ad formam et quidam ad situm. Motus ad formam duplex; quia quidam est motus ad formam inherentem per impressionem in superficie materie et profundo, sicut ad calidum, frigidum, et hujusmodi formas, et ad talem formam moventur omnia elementa et elementata, et non celestia; alius est motus ad formam non inherentem in superficie et profundo, set in superficie tantum, ejus forma est lux ad quam moventur stelle, ut luna maxime, que recipit lumen a sole. Motus autem ad locum vel situm dupliciter distingitur; uno modo quantum ad ipsum situm vel locum; alio modo quantum ad ea que in illo loco acquiruntur. Si primo modo distingatur, scilicet quantum ad ipsum situm, sic est triplex; quia quidam est non per se nec primo set per accidens, sicut movetur anima ad motum corporis et nauta ad motum navis; secundus est per se et primo, ut totum similium partium, ut celum movetur; tertius est per se et non primo, et sic moventur partes hujus totius ut stelle; quartus motus, scilicet primo et etiam per se, esse non potuit, quia omne primo est per se et non e contrario. Si autem distinguatur motus ad locum vel situm penes ea que in loco acquiruntur, sic similiter triplex; quia aliquid uno modo movetur ad locum propter aliquid quod in loco ab ipso acquiritur per applicationem solum et non per generationem, ut animal movetur ad aliquem locum propter nutrimentum; secundo modo movetur aliquid ad locum vel situm propter hoc quod ibi influitur supra ipsum et in ipsum, et sic partes celi moventur

6 unum] *l.* una.

ad locum orientalem quia in illo immediato influentiam sui motoris recipiunt; tertio modo movetur aliquid ad locum propter aliquid ibi acquissitum per generationem, et talis motus ad situm est motus etiam ad formam, et est motus imperfectorum; primi autem duo motus sunt perfectorum, et tali motu moventur vapores ad locum superiorem, in eis imprimatur forma ad quam sunt dispositi. Per hec predicta solvitur ad primam rationem. AD SECUNDAM: dicendum quod quedam est pars que est corporis recte inclinationis, et de tali intelligitur auctoritas; alia est pars corporis circularis inclinationis ut partes celi, et de hac intelligitur auctoritas. AD TERTIAM: patet solutio, quia moveri in superficie vel in profundo est divisio ejus quod movetur in aliquo et in seipso, et non ejus quod movetur cum aliquo, ut sunt stelle, unde voluit Aristoteles quod non moventur stelle in orbe vel in seipsis, set cum orbe.

Sexto QUERITUR utrum omnes orbes et stelle illorum ab eodem movente moveantur. Et videtur quod sic: totius et partis idem est motor, quia pars movetur ad motum totius; set orbes inferiores partes sunt orbis primi, quia omnes inferiores sunt in primo et ab ipso continentur, ergo primi orbis et aliorum unus et idem est motor. AD IDEM: quecunque ejusdem sunt nature, ab eodem moventur, dummodo motor sit sufficiens ad omnia illa, non coartatus natura limitata ad aliqua, quia qua ratione movet unum, et alia ex qua sunt ejus nature; set omnes .8. orbes ejus sunt nature, quia ut dicit Averrois, non differunt secundum speciem substantialem, ergo istorum omnium unus erit motor. CONTRA: *in litera* scribitur quod unius motus unus est motor, et unius motoris unus motus, etc., id est, unius mobilis unus motor, et plurium plures; set plures sunt orbes et stelle que sunt intelligibilia, ergo plures erunt eorum motores. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex motor; quidam est motor communis non appropriatus imperans regulans, scilicet causa prima; et loquendo de isto motore, ab eodem motore moventur omnes orbes et stelle, et hic est motus communis divinitus involubilis et

6 in eis] *l.* ut in eis.

tractus, unde per motum orbis primi trahuntur inferiores et involvuntur; alius est motor propinquus et appropriatus et exequens, scilicet intelligentia, cui respondet motus proprius qui est contrarius motui primi mobilis, et loquendo quelibet inferior habet intelligentiam pro motore sibi deputatam, unde orbis primus movetur in partem orientalem ab occidente, orbes inferiores e contrario. AD PRIMAM rationem, dicendum quod secundum quod moventur omnes orbes motu communi, sic sunt quasi partes orbis primi, sicut pretendebat ratio, non autem secundum quod moventur motu proprio. AD SECUNDAM: dicendum quod stelle omnes vel orbes ejusdem vero quantum ad virtutem ut visum est, et propter hoc diversis motibus possunt moveri.

Septimo QUERITUR utrum omnes planete vel erratice cum suis orbibus ab eodem motore moventur. Et videtur quod sic: omnis substantia a natura separata per indifferentiam ad omnem naturam se habet; set intelligentia est substantia a materia corporali sensibili et transmutabili separata, ergo ad omnem talem naturam per indifferentiam se habet, ergo ad omne mobile in quo est materia corporalis et sensibilis per indifferentiam, ergo qua ratione movet unum orbem vel planetam, eadem ratione et omnes. AD IDEM: omnis virtus motiva quod materia separata et universalis plus est motiva quam virtus materie conjuncta et particularis, hec patet de se; set virtus solis que est virtus rei materialis et corporalis potest in pluribus, et movet plura ut in illis inferioribus, ergo multofortius virtus intelligentie que est immaterialis et spiritualis, poterit plura movere. Set quod potest fieri per unum frustra fit per duo vel plura, ergo una intelligentia | movet omnes f. 172 b 1.
planetas cum suis orbibus. CONTRA: omnis motor voluntarius movens est per voluntatem; intelligentia est hujusmodi, ergo movet per voluntatem, ergo si movet omnes orbes et planetas illorum movet eos per eandem voluntatem, ergo idem est volitum et finis et operatio

3 cui] cum *MS.* 6 *l.* occidentem ab orientale *D.* 12 vero] *l.* nature. 24 quod] *l.* a. 26 est] est quod *MS.*

motus istorum, quod de se falsum est. SOLUTIO: orbium inferiorum duplex est motus; unus communis, sicut visum est, et hoc modo eodem motore moventur; alius est proprius, et talem habent a diversis motoribus vel intelligentiis, unde sicut sunt .7. ⟨planete⟩ sic sunt septem intelligentie moventes. AD PRIMAM rationem, dicendum quod est loqui dupliciter; uno modo est loqui de ipsa absolute, scilicet in quantum id quod est per simplicitatem essentia, et sic per indifferentiam ad omnem materiam se habet; alio modo in quantum est movens contingit loqui de ipsa et sic non per indifferentiam, set una deputata est ad movendum Saturnum, alia Jovem, et sic de aliis. VEL quod dicendum minor est falsa, quia intelligentia unitur materie, scilicet indivisibili tanquam motor, et ita non est penitus separata a materia, scilicet causa prima; non autem alie intelligentie, set habent materiam, incorporalem tamen et spiritualem. AD SECUNDAM: dicendum quod via vera est de virtutibus existentibus in eodem genere proximo et ordinatis; set virtus intellectiva et soluta non sunt hujusmodi, et ideo non sunt comparabilia. VEL dicendum quod non movent eodem motu, quia intelligentia movet ad situm et sol ad formam, quia propter generationem movet, et dicendum quod intelligentia movet ut efficiens, et sol ut exitans et disponens.

Octavo QUERITUR utrum secundum numerum mobilium multiplicetur numerus moventium, sicut dicit *in litera*. Et videtur quod non: nulla substantia inmaterialis et a materia sensibili separata, multiplicatur secundum multitudinem materie sensibilis; set intelligentia est separata a materia sensibili, orbes autem et stelle substantie sunt materiales et sensibiles, ergo intelligentie que sunt motores non multiplicantur penes multitudinem et numerum stellarum et orbium que sunt mobilia. AD IDEM: omne movens per voluntatem potest movere plura quia volu⟨m⟩ptas indifferens est et se habet ad opposita; set intelligentia est hujusmodi, ergo potest movere plura: non igitur oportet quod secundum numerum orbium mobi-

5 *Blank in MS.* 24 disponens] dispositiones *MS.*

lium multiplicetur numerus intelligentiarum moventium. CONTRA: motor et mobile corporalia sunt, ergo multiplicato uno multiplicabitur reliquum. SOLUTIO: dicendum quod duplex motor, ut visum est; quidam communis et universalis, sicut motor primi mobilis et ex consequenti aliorum, et loquendo quod est causa prima de tali motore non est multitudo motoris penes mobilia; alius est proximus et appropriatus, scilicet intelligentia. Et de isto dupliciter est loqui; uno modo in quantum substantia quedam, et sic non est ipsum multiplicare penes numerum inclinabilium; alio modo in quantum est motor, scilicet in hac intentione qua est movens, et hoc modo oportet multiplicare ipsum motorem penes numerum inclinabilium, et hoc modo loquendo sicut sunt octo vel orbes, sic octo motores. Per hoc solvitur ad primam rationem. AD SECUNDAM: dicendum major vera est de motore per voluntatem: cujus voluntas est, ejus actio, et hoc solum est causa prima; set sic non est in intelligentiis. Vel dicendum ad minorem quod movere per voluntatem dupliciter; aut per voluntatis indifferentiam, et sic intelligentie possunt plura movere, aut per voluntatis appropriationem, et sic non possunt plura movere; unde sicut in hominibus est voluntas indifferens, et etiam voluntas juxta ratione considerata, sic in intelligentiis est voluntas indifferens, et voluntas deputata vel appropriata.

Nono QUERITUR utrum quelibet celestia, scilicet tam orbes quam stelle, moveantur pluribus motibus. Et videtur quod non: accidens numeratur ad numerationem subjecti; set motus est accidens orbibus et stellis, ergo quot erunt orbes vel stelle, tot erunt motus et non plures, ergo unius stelle vel orbis unus erit motus et non plures. AD IDEM: si movetur unumquodque celestium pluribus motibus, ergo movetur motibus contrariis, aliter non erunt plures motus simul nisi alico modo contrarii; set si pluribus motibus contrariis moveant, hoc erit aut naturaliter ambobus, aut indifferentis, aut uno naturali et altero violento. Set

6 et loquendo] *lege post* quod . . . prima. 14 octo[1]] *l.* octo celi 36 indifferentis] *l.* violentis.

omnibus istis modis, est impossibile quod aliquid movetur simul et semel alico istorum trium modorum, ergo celestia regularibus motibus non moventur. CONTRA: finis imponit necessitatem hiis que sunt ad finem; set motus celestium est unio anime intellective cum corpore, secundum quod dicitur in libro *Physicorum* quod nos sumus finis omnium, quod etiam secundum illam auctoritatem, que est quod celum movetur propter elementa, elementa propter mixtum, mixtum propter vegetativum, vegetativum propter sensitivum, sensitivum autem propter intellectum, in quo est finis totius nature. Set nos movemur duplici motu, scilicet motu rationis ad superiora et motu sensibilitatis ad inferiora, secundum quod dicitur in *De Anima* quod appetitus appetitui contrariat, ergo similiter et orbes et stelle que propter nos moventur duplici motu movebuntur et etiam contrario. AD IDEM: plurium movere plures motus, scilicet si orbium inferiorum plures sunt motores, scilicet communis et proprius, ut visum est, eorum erunt plures motus. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod orbis primus uno motu uniformiter movetur, et hec est propter propinquitatem sui motoris in quo nulla est diversitas, et etiam ut assimilatur ei per unum motum, quia in eo sunt plures stelle, propter hoc oportet esse unus motus. Set .7. orbes inferiores pluribus motibus moventur, et hoc propter distantiam sui ad motorem primum, scilicet ut ei per plures motus assimilatur in quantum possunt quod per unum motum propter totam distantiam facere non possunt, et item quia in quolibet illorum unica stella, ideo plures motus. AD PRIMAM rationem, dicendum quod quoddam est accidens secundum esse eternum et completum a subjecto recipere ut albedo, et de tali procedit ratio; set non est hujusmodi, quia essentiam suscipit a motore, esse a mobili et complementum alico. AD SECUNDAM rationem, dicendum quod per unam materiam vel motorem non potest aliquid moveri contrariis motibus, et sic procedebat ratio; set per diversas naturas vel motores potest aliquid moveri motibus contrariis, unde orbes inferiores per primum moto-

3 regularibus] *l.* talibus. 29 eternum e. c.] *l.* essentiam et complementum. 32 alico] *forsan* a deo. 36 primum *l.* proprium *D.*

rem uno motu naturali movent, et per communem alio. Unde per istum motum communem qui est impetu firmamenti, planete cotidie ad occasum et ortum refferuntur; set per proprium transeunt per signa ascendendo et descendendo recta vel in signorum dispositionem. Et propter completionem predicte questionis:

Decimo QUERITUR utrum orbes inferiores moventur motibus contrariis motui orbis primi. Et videtur quod non: orbi primo cum sit figure circularis nichil est contrarium, nec ejusdem motui; ergo cum sit circularis, ergo orbes | inferiores contrariis motibus orbi primo motui non f. 172 b 2.
moventur. Possunt ibi etiam adduci rationes quedam prius. ITEM: sicut hec pars non movetur contra suum totum, set orbes inferiores sunt partes primi, et hujusmodi solute sunt prius, propter hoc dimittamus. AD HOC dicendum quod opinio mathematicorum est quod orbes inferiores non moveantur nisi per motum primi orbis, nec habent proprios motus, set impelluntur a motu primi mobilis, et remittitur eorum motus secundum elongationem et remotionem majorem quam habent ab illo primo orbe. Set opinio Aristotelis philosophi est qoud duplici motu moventur, ut visum est, et motus proprius contrarius est motui primi orbis, moventur etiam motu communi qui est motus tractus et raptus eorum, omnium per motum ipsius primi orbis. AD ARGUMENTUM, dicendum quod duplex est contrarietas motuum; quedam est contrarietas mundi distincta, et sic motui celesti quid est contrarium, quia una distincta contrariatur alteri; alia est contrarietas motus, quia sunt ad diversos terminos, scilicet ad diversitatem alterationum, ut ad albedinem vel nigredinem et sic verum quod motus celi nec celum habet contrarium.

Undecimo QUERITUR utrum orbes celestes in movendo differant in velocitate et tarditate. Et videtur quod non: velox et tardum sunt contraria; substantie celestes non sunt contraria, quia rotunde sunt figure cui nichil est contrarium, ut dicitur in *De Celo et Mundo*, orbes celestes

11 orbi primo] *l.* orbis primi. 28 distincta] distinctas *MS.* 35 sunt] non sunt *MS.*

non differunt penes velox et tardum. AD IDEM: velox et tardum dicunt intentionem et remissionem, quia velox est virtus intentior, tardum remissior; set in celestibus intensio et remissio non est, sunt completa et in toto suo actu, ut habetur in *De Celo et Mundo*, ergo celestia non differunt penes velox et tardum. CONTRA: in quo major est influentia motoris idem est velocius in movendo, quia motus per influentiam motoris derelinquitur, set in orbe primo major est influentia motoris primi, quia proqinquior est ei, et similiter insuper proximis per ordinem, ergo orbis primi et sibi propinqui velocius moventur quam remota. Et propter hoc:

XII.° QUERITUR utrum motus orbium et planetarum superiorum, ut Saturni, velocius sit motibus infimorum, ut Lune. Et videtur quod sic: omnis motus suo motori propinquior est velocius, quia major est influentia in propinquo quam in remoto; set motus superiorum est hujusmodi, ut motus Saturni, quia propinquior est orbi primo, quia a motore primo immediate movetur, ergo motus Saturni velocior, et sic de aliis per ordinem. AD IDEM: omnis virtus motiva determinans quantitatem corporum major est in majori corpore et minor in minori corpore; set virtus motiva orbium est determinans quantitatem corporum, propter hoc deputatur quantitas talium corporum, ergo virtus motiva major erit in majori orbe, scilicet in Saturno, et sic de aliis per ordinem, ergo sic major velocius movetur. Major patet, quia virtus ⟨cum⟩ egrediatur a substantia debet ei proportionari sicut operatio proportionatur virtuti a qua exit. CONTRA: quod in minori tempore pertransit spatium illud est velocius; set luna est hujusmodi, quia in mense quolibet implet cursum per .12. signa, sive circuit scodiacum, sol autem per annum, Saturnus per tria. Oportet ergo luna velocior aliis planetis. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod orbes differunt in velocitate et in tarditate motus; set duplex est motus, sicut dictum est; quidam communis et de hoc loquendo velocius est motus orbis primi motu inferiorum,

10 insuper] *l.* in suis. 11 primi] *l.* primus. 14, 16, 36] *l.* velocior.
31 .12.] .2. *MS.* 32 tria] *l.* tres.

non quia in minori tempore equale pertranseat, quia in minori tempore plus, set in equali plus, et hoc est quia orbis primus qualibet die complet cursum, et similiter quilibet orbis inferior quantum ad illum motum communem, et ita in equali tempore, quia in die naturali. Set orbis primus majoris est quantitatis, et propter hoc plus pertransit; similiter eadem ratione quantum ad istum motum communem velocior est motus orbis planetarum superiorum per ordinem quam inferiorum, ut motus Saturni quam solis, et solis quam lune, et hoc quia in equali tempore plus pertransit. Est autem alius motus orbium inferiorum, scilicet planetarum, secundum quam feruntur ad .12. signa et sic motus inferiorum per ordinem velocior, non quia in minori plus, nec in equali plus, set in minori equale quia in uno mense transit per .12. signa solis per annum, et sic de aliis. Dicunt tamen quidam quod omnes planete quantum ad motum proprium ejusdem sunt velocitatis, tamen inferiores propter sue quantitatis parvitatem citius complent suam inclinationem vel cursum. Et Nota quod sicut summus rerum opifex primum orbem multitudine stellarum decoravit et unico motu, sic orbes inferiores pluribus motibus et unica stella; et iterum sicut orbes superiores planetarum velocitate motus communis adornavit, sic inferiores velocitate motus proprii reparavit. Et per hoc solvuntur questiones.

AD PRIMAM rationem prime questionis, dicendum quod in celestibus non est contrarietas in substantia, tamen dispositionibus potest esse contrarietas, scilicet in motibus. AD SECUNDAM: dicendum quod per hoc quod velox et tardum dicunt intentionem et remissionem in accidente, scilicet in movendo, et talis est in celestibus et non in substantia de qua procedit. VEL dicendum quod duplex est intentio et remissio; quoddam per accessum et recessum forme | accidentalis, ut in aliquo corpore colorato, et hec f. 173a 1. non est in celestibus; alia est que est per participationem alicujus nature communis, ut lucis vel motus, et hec potest esse in celestibus. AD PRIMAM rationem dicendum que-

1 quia] contra *MS.* 12 quam] *l.* quem. 15 solis] *l.* sol.

stionis secunde, solvitur per solutionem questionum. AD SECUNDAM: dicendum quod illa ratio procederet si intelligentie orbibus inferioribus uniuntur ut forme vel accidens, set non est sic, set uniuntur ut motor, unde etsi habeant virtutem velocius potentem movere, tamen quia per voluntatem appetitivam movent, non movent velocius set secundum quod decet eis orbibus et congruit.

QUERITUR primo in hoc capitulo utrum primo insit intellectus vel scientia. Et videtur quod non: omnis scientia est illustrationis gratia et nobilitatis; set primo non habet fieri illustrationis vel nobilitatis, ergo primo non insit scientia. Major patet, quia subintelligit 'nobilibus data est scientia et non aliis', scilicet hominibus et intelligentiis; minor patet, quia primum est nobilissimum et illustrissimum. AD IDEM: cui non insit aliquod accidens, ipsi non inest scientia; set primo non inest aliquod accidens, ut patet de se, ergo ipsi non inerit scientia. Major patet, quia ubi est scientia ibi est relatio, quia sciens dicitur ad scibile; set ubi est relatio, ibi est accidens. CONTRA: nobilissimo et simplicissimo nobilissima et simplicissima debetur actio, quia talis effectus a tali causa; set primum est hujusmodi, ergo debetur nobilissima et simplicissima actio; set hec est intelligere vel scire, quia *in litera* scribitur quod nobilitas non inest ei nisi quia intelligit, ergo intelligere inest primo. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est scientia; quedam est causata a rebus scibilibus, et hec non inest primo; alia est que est causa rerum scitarum, et hec inest primo; sciens autem hujusmodi scientiam, quod est primum nullam habet ignorantiam, quia simplicissimum et perfectissimum est, ignorantia autem ex imperfectione causatur. AD PRIMAM rationem, dicendum quod major intelligitur de scientia causata a rebus, que est scientia causatorum. VEL dicendum quod scientiam inesse alicui gratia illustrationis et nobilitatis hoc est dupliciter; uno modo quia in eo natura alia erat, nobilitas vel illustratio autem non erat

6 appetitivam] appatam *MS.* 10 gratia] *l.* gratie. 20 nobilissima] mobilissima *MS.*

tam magna, et sic in intelligentiis et hominibus; alio modo quia sua nobilitas et illustratio in hoc consistit, scilicet in scientia et intellectu manifestatur et detegitur, et sic in primo est scientia et non in alio. AD SECUNDAM rationem, dicendum quod dupliciter dicuntur relata; quod sunt in convertibiliter se habendo, ut sciens et scibile creatum; alia sunt in non-convertibiliter se habendo, ut sciens increatum non dicitur ⟨ad⟩ aliquod scibile creatum, set scibile ad ipsum.

Secundo QUERITUR utrum scientia primi sit universalis quia dicit Commentator quod non est universalis nec particularis. Quod sit universalis videtur: omnis scientia que de rebus est in universali non coartata ad aliquod singulare est universalis; set scientia primi est hujusmodi, quia non est coartata ad aliquod singulare, ergo scientia primi est universalis. AD IDEM: omnis scientia que est de rebus in ente simplicissimo et generalissimo est scientia in universali vel universalis, quia scire in specie que est simplex, est scire in universali, et scire in genere, magis scire in universali, et etiam in generalissimo; set scientia primi est scientia que est de rebus in ente simplicissimo et generalissimo, quia quantum in seipso scit, unde inspiciendo in seipso cognoscit omnia, ergo primi scientia est in universali vel universalis. AD IDEM: omnis de re que est per aliquid quod non est de propriis principiis et intrinsecis rei est universalis. Hec patet, quia cognoscere omnia extrinseca vel accidentalia est cognoscere in universali et non specialiter; set scientia primi est hujusmodi, quia cognoscit res per cognitionem suiipsius, ipse autem non de propriis principiis rei, set est separatum a rebus, ergo sua scientia erit in universali vel universalis. CONTRA: omnis scientia in universali est scientia in potentia confussa et inperfecta, quia hujusmodi scire nichil aliud est quam precognoscere; set scientia prima non est hujusmodi, ergo scientia primi non erit in universali vel universalis. SOLUTIO: ad hoc quantum est de presenti questione, dicendum quod scientia in universali vel universalis duplex; quedam est in uni-

24 omnis] *l.* omnis scientia. 26 quia] *iter. MS.*

versali predicamentali continente plura, ut apprehendere rem a longe, et hec est quedam precognitio; prius enim apprehenditur a longe substantia quam animal, et animal quam homo, et homo quam Sor, et talis non est scientia primi; alia est scientia in universali quod universale est per causalitatem. Set hec est duplex; quia quedam est causa universalis que est coartata vel coartabilis, ut cause causate, et sic non cognoscit primum in universali; alia est causa universalis que nullo modo coartabilis vel coartata, sicut primum, et hoc modo scientia primi est universalis vel in universali, quia est per solam et simplicem inspectionem in seipso sciente causa universali existente. Per hoc solvuntur prima ratio et secunda. VEL dicendum ad secundam quod scire in generali simplici non est scire in universali, set scire in generali vel genere ambiente vel continente. AD TERTIAM: dicendum quod res uno modo habent esse in se, secundo modo in ordine, tertio modo in substantiis spiritualibus in quibus relucent, et dicitur hoc principium ydea in producendo exemplar enim in cognoscendo. Et propter completiorem evidentiam questionis:

Tertio QUERITUR utrum scientia primi sit particularis. Et videtur quod sic: omnis scientia est universalis vel particularis; set scientia primi non est universalis proprie, ut vissum est, ergo est particularis. AD IDEM: omnis scientia de se per aliquid quod est immediatum rei est
f. 173 a 2. particularis vel in particulari. Hoc patet quia | scire rem per immediata est scire proprie rem, et hoc est scire in particulari; set primum scit res per immediata, scilicet per seipsum quod est immediatum cuilibet, ergo scit in particulari. CONTRA: ratio Commentatoris, particularia sunt infinita, ergo a scientia primi non comprehenduntur, quia infinita ignota sunt, ergo scientia primi non est particularis, quia nescit particularia. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod proprie loquendo quod scientia primi non est universalis nec particularis, unde hec divisio 'scientia alia universalis, alia particularis' est divisio a rebus causate, quia rei universalis scientia universalis vel particularis, et particularis particu-

20 completiorem] completem *MS.* 36 causate] *l.* causata.

laris. Set ut evidentius questio solvatur, Notandum quod differt scientia rei particularis et scientia in particulari et particularis, et similiter de universali est intelligendum. Dico igitur quod scientia rei particularis est quando scitur aliquod particulare non in quantum hujusmodi nec per coartationem; et hec scientia potest esse universalis, quia cognoscendo hominum cognoscetur quodam modo particularia. Scientia autem in particulari est scientia de re in suo esse proprio, et hec item potest esse universalis quia sicut particulare cognoscitur in suo esse proprio, sic et universale. Scientia autem particularis est cognitio ⟨alicujus⟩ rei particularis illac particularis, et hec non potest esse universalis et hec est scientia coartata, et hoc modo non est scientia primi particularis, set primis modis. Per hoc solvitur prima ratio. AD SECUNDAM: dicendum quod duplex est immediatum; quoddam est immediatum quod est de intraneitate rei et principium ejus, ut materia et forma immediata sunt composite sibi, et tale immediatum non est principium, et per hoc immediatum est scientia particularis; aliud est immediatum inter quod et aliud non est medium, et sic primum non est immediatum, quia inter ipsum et creaturam nichil est medium; immediata enim causa est omnium causatorum in primo exitu et a parte sui, nec indiget minima causa vel instrumento, unde immediatior est creatura causatorum quam sibiipsi, et particulare immediatum non est scire in particulari vel scientia particularis.

Quarto QUERITUR utrum primus sit sciens vel intelligens in potentia. Et videtur quod sic: quecunque sunt in primo sunt idem cum ipso, ergo scientia primi et operatio idem. Set primum quandoque operans quandoque non, quia quandoque creat animam alicui quandoque non, ergo similiter quandoque sciens quandoque non, ex quo idem sunt, ergo sciens est in potentia. AD IDEM: omnis operatio a virtute, virtus a potentia, potentia a substantia, et hec tria ordinata sunt; set intelligere est actio, ergo a potentia primi; set

11 cognitio] cognito *MS.* *Blank in MS.* 12 illac] in lac *MS*
26 *l.* particulari. 35 potentia] virtus *MS.*

quod a potentia primi est in ejus potentia est, ergo intelligere in primo in potentia. AD IDEM: si intelligere primi non est in sua potentia, ergo aliquid ab ejus potentia excluditur. si hec actio intelligere, ergo non est omnipotens. CONTRA: scientia primi est qua nulla melior excogitari potest, set scientia in potentia non est hujusmodi, ergo primi scientia non est in potentia. Major patet, cum primum nobilius et melius omnibus aliis; minor etiam apparet, quia scribitur in .9. *Metaphysice* quod actus bonus melior est potentia que est ad illum actum. AD IDEM: scientia primi est perfecta, completa, distincta; set non scientia in potentia. SOLUTIO: Notandum primo quod duplex est scientia in potentia; quedam est que est in potentia passiva, que, ut scientia in homine nesciente, est in potentia, et sic non est scientia primi, et hec est potentia distans ab actu; alia est que est in potentia activa ab actu indifferente et a seipso nesciente, et hec est scientia primi. Unde Nota quod, proprie loquendo, scientia primi est potentia, set non est in potentia, quia per hoc quod dico 'in' distrahitur et coartatur potentia ad potentiam ab actu distrahentem, unde primum quecumque scit eodem modo scit, scilicet preterita, presentia, et futura. AD PRIMAM rationem, dicendum quod minor est falsa, quia actio prout refertur ad ipsum semper actu est, tamen in potentia non, cum notat aliquid in creatis, scilicet exitum creature, sicut prius patuit. Unde creatura in potentia ad creatorem, et non e contrario. AD SECUNDAM: dicendum quod major vera est in creatis in quibus hec tria se habent per differentiam, scilicet substantia, virtus, et operatio: set in primo sunt ipsa omnino eadem, et propter hoc agitur operatio ipsius a substantia; set in creatis a potentia et non a substantia. AD TERTIAM: dicendum quod intelligere non solum a potentia vel in potentia, set est potentia indifferens, unde non excluditur set includitur.

Quinto QUERITUR utrum primum sit sciens in habitu. Et videtur quod sic: habitus est quo aliquid potest agere aliquem actum quem non agit in tempore in quo vult agere; set primum actum quem non agit potest agere quando vult,

31 quod] *iter. MS.*

23139



ut creare animam alicujus hominis futuri, ergo primum habet habitum, et ita sciens in habitu. AD IDEM: scientia in habitu est per ordinationem et repositionem rerum intelligibilium a primi intellectu, ut habetur in commento supra librum *De Anima*. Set intellectu primi sunt omnia intelligibilia ordinata et reposita, prout repositio est representatio, ergo primum intelligit in habitu. CONTRA: *in litera* dicitur si intelligeret in habitu tunc esset simili dormienti nisi esset bone dispositionis. AD IDEM: habitus diminuit de ratione actus, quia est in potentia ad actum; set primi non est diminuta set completa, cum sit idem quod ipsum, ergo etc. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex scientia in habitu; quedam est proprie que est in ordine intelligibilium a primi intellectu, et non in actuali conversione intellectus supra species rerum intelligibilium, que quando actualiter convertit se supra intelligibilia, tunc fit actu, et talis habitus differt ab actu et ad actum ordinatur; talem autem intellectum in habitu non habet principium set homines; alia scientia est in habitu prout habitus nominat permanentiam, mansionem, conservationem, et representationem, et hoc non differt ab actu, et est in primo, et hic est habitus nomine extenso, et de hoc non loquitur Philosophus *in litera*, set de alio, hic autem non est primus actui vel ordinatus, set idem cum actu. AD PRIMAM rationem, dicendum quod minor est falsa, quia ponit quod primum sit in potentia vel habitu agens quantum est de se; set hoc est falsum, quia quantum est de se semper actu agit, non tamen semper a parte rei producte. Et hoc est quia sua actio et sua voluntas idem, ut prius ostensum est, set | semper vult idem et eodem modo a parte f. 173 b 1. sui, ergo semper aget et eadem actione a parte sui. AD SECUNDAM: dicendum quod major est insufficiens, quia deberet addere majori 'et non actualem conversionem supra species intelligibilium et ipsorum distinctionem ab ipso intellectu'; set hoc modo nuncquam est in primo reperire, et ita hoc addito majori, major erit falsa.

Sexto QUERITUR utrum primum sit sciens in actu. Et videtur quod non: quia si sit sciens actu tunc omnia que

3 repositionem] sepetionem *MS.* 18 principium] *l.* primum.

sciuntur ab ipso sunt actu; set scit tam futura quam preterita et presentia, ergo omnia ista sunt actu, quod est falsum. AD IDEM: quod non est sciens in habitu nec in actu, quia habitus purus actus est, et potentia habitui; set primum non scit in habitu, ut vissum est, ergo nec in actu. CONTRA: nobilissimo debetur nobilissima scientia vel conditio; set primum est nobilissimum, ergo nobilissima debetur ei scientia; set hec est scientia actu, ergo etc. SOLUTIO: scientia in actu egrediente ex habitu duplex; cujus habitus et actus differunt, et sic homo habet scientiam et non primum; alia est scientia in actu quem non precessit habitus nec sequitur, set est actus purus, et hoc modo primum habet scientiam in actu. AD PRIMAM rationem, dicendum quod non valet 'primum est omnia sciens actu, ergo omnia sunt actu', quia primum scit ab eterno res eodem modo quo sunt, unde differt actu scire rem et non esse actu. Unde si hoc quod 'actu' sit determinatio scientis, vera est hec propositio 'primum scit omnia actu', si sit determinatio hujus quod dico 'omnia', falsa est.

Septimo QUERITUR utrum scientia primi sit causa rerum. Et videtur quod non: posita causa proxima et immediata ponitur effectus; set si scientia primi sit causa rerum, erit sufficiens et proxima, cum sit sufficiens omnium ergo omnia erunt actu entia. AD IDEM: effectus assimilatur cause, ergo ex natura rerum scientia dei; set scientia dei nullam permutationem suscipit, ergo nec res, set erunt eterne; quod falsum est. CONTRA: quicquid est in ipso est idem quod ipsum; set ipse est causa omnium, ergo et sua essentia causa omnium rerum. SOLUTIO: dico quod scientia primi causa est rerum et nullo modo a rebus causata. Set Notandum quod tripliciter res habent esse; uno modo in se, et sic a potentia proprie loquendo, scilicet per appropriationem creatorum ad creatorem, quia potentie proprium est producere aliquid; secundo modo in ordine, et sic a sapientia quia sapientie est ordinare; tertio modo habent esse in

4 habitui] *l.* habitus. actus et habitus *MS.* *l.* causa. 9 duplex] *ante* egrediente *MS.* 10 actus] 23 sufficiens] sufficientem *MS.* 28 essentia]

decore et effusiva, et sic a bonitate, quia bonum est difusivum. Set quia hec tria in primo sunt eadem omnino, scilicet sapientia, potentia, bonitas, propter hoc possumus dicere quod hec tria, scilicet esse, ordo, et decor rerum a potentia, hec tria a sapientia, hec tria a bonitate. AD PRIMAM rationem, dicendum quod major vera est de causa naturali, appositus combustibili de necessitate comburet, non tamen de voluntario ut patet, ut patet in omnibus voluntariis causis. Et propter hoc cum primum sit causa voluntaria rerum, quando vult producit, continuat, et corrumpit. Et Nota quod primum potest considerari in quantum id quod est, et sic non est causa proxima et immediata, vel in ratione causantis vel producentis, et sic causa proxima et immediata. AD SECUNDAM: dicendum quod major vera est de causa naturali et effectu; VEL dicendum quod effectus assimilatur cause secundum possibilitatem et non in omnibus, vel in expressis conditionibus, unde majorem et minorem appropriationem relucet vestigium cause in effectibus.

Octavo QUERITUR utrum scientia primi sit ejus substantia. Et videtur quod non: scientia sua est suiipsius, et etiam omnium que sunt; set sua substantia est quid absolutum et suiipsius tantum, ergo scientia sua non est substantia. CONTRA: quicquid in ipso est, ipsum est, etc. Et ideo:

Nono QUERITUR utrum scire vel intelligere sit primo esssentiale, et hec est prima conclusio illius capituli. Et videtur quod non: quicquid est essentiale alicui non diversifficatur nec est diversitatis principium. Hoc patet per ejus oppositum quia quod accidentale hoc diversificatur, et principium est diversitatis in eo in quo est; set essentia primi est diversificatum, quia scientia primi causa est substantie, et res diverse sunt, ergo est causa diversitatis, ergo non est essentiale. CONTRA: scire accidentale est scire acquissitum et aliunde habitum; set primi scire non est hujusmodi, ergo etc. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod aliquid est essentiale alicui dupliciter; uno modo differens ab eo cujus est, ut

7 appositus] *l.* lignis appositus. 17 unde] *l.* unde secundum. 30 essentia] *l.* scientia.

ferri sursum essentiale est igni, tunc differt ab igne sicut motus, et ita sicut accidens a subjecto; secundo modo est aliquid essentiale alicui quia est essentia illius, et sic scientia primi est idem cum ipso, et intelligere ipsius essentiale ipsi, quia sua essentia est. Per hoc solvuntur questiones.

AD RATIONEM prime questionis, dicendum quod scientia dei est ipsius primi et aliorum, set differenter, quia ipsius formaliter est sua scientia et effective aliarum rerum omnium. AD RATIONEM secunde questionis, dicendum quod scientia ipsius non recipit diversitatem, set scientia vel scibile diversitatem recipere ponitur, unde quia voluntaria est, ut vissum est, non oportet quod diversifficatur.

Decimo QUERITUR de hoc quod dicit *in litera* quod 'nobilitas non inest ei', id est, ipsi primo 'nisi quia intelligit' se. Videtur quod sit falsum: hoc enim quod dico, 'quia' denotat causam ergo nobilitas primi erit alica causa. ITEM: cum velle idem est cum ipso primo sicut intelligere, quare non dicit quod nobilitas non inest ei nisi quia vult quod influit vel aliquid hujusmodi? CONTRA: nobilissimo nobilissima debetur actio, et de nobilissimo loquendum est per operationem nobilissimam, set operatio nobilissima est intelligere,
f. 173b 2. quia a se | et in se, et etiam inferius videbitur, ergo per intelligere de ipso nobilissimo est loquendum. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod hec propositio potest exponi tripliciter; primo modo secundum quod hoc quod dico, 'quia' dicit causam, et sic est falsa, quia nec ipse causa sui proprie loquendo, quamvis communiter dicatur primum est per se vel seipso, nec aliquid est causa ejus; secundo modo potest notare comprehentionem, nobilitatis et sic est sensus, 'nobilitas non inest' etc., id est, nobilitas dei non comprehenditur nisi quia comprehenditur hec nobilissima actio ejus que est intelligere, et sic est vera; tertio modo potest notare li per indivisionem et sic est sensus 'nobilitas non' etc., id est, hec nobilissima actio que est intelligere per indivisionem se habet cum ipso primo, et sic tantum vera. Per hoc solvuntur rationes. Ad annexum questioni DICENDUM quod intelligere nobilior, simplicior, superior aliis opera-

12 *l.* diversifficetur. 29, 33 sensus] verus *MS.* 32, 34 que est] *iter. MS.*

tionibus, quamvis idem sunt omnes penitus et realiter, tamen secundum appropriationem creatorum ad creatorem sic dicimus, unde sicut illum actum nobiliorem dicimus in creatis ; que ab eodem in idem, scilicet que ad hoc quod sit, non exigit aliud ut intelligere et rem scriptam ; et que prior et mediante qua alia, sic ymaginantur esse in creatore, quamvis ibi sit prioritas vel posterioritas realis set omnimoda simplicitas a parte sui dicimus ; igitur quod intelligere nobilior est actio, unde creando, influendo, movendo, semper intelligit sine alica distinctione ; set intelligendo non creat semper necque movet vel influit, nisi refferendo hoc ad seipsum, quia sic essentie res ab eterno. ITEM : omnis intellectus volens, et non convertitur ; et similiter est de aliis operationibus ejus, et ita intelligere prior nobilior : propter hoc dicit quod ' nobilitas non inest primo nisi quia intelligit ' et non nisi quia vult, vel movet, vel aliquid hujusmodi.

QUERITUR hic primo de secunda questione que est quod intelligere se tantum est ei essentiale, et de hoc QUERITUR utrum primum intelligat se tantum et non alia a se. Et videtur quod sic : intelligere perfectio est intelligentis in intelligendo, ergo si primum intelliget aliud a se aliud esset perfectio sui intelligendo ; set omnis perfectio nobilior est suo perfectibili, ergo aliquid esset nobilius primo, quod est inconveniens. AD IDEM : *in litera*, quod omnia universitati divine comparata vilia reputantur, ergo si primum intelliget vilia, vilesceret ejus intellectus, quod est inconveniens. AD IDEM : non videre, scilicet, vilia melius est et nobilius quam ea videre, ergo aliquando non intelligere, scilicet vilia, melius est et nobilius quam ea intelligere, ergo cum sit nobilissimum alia a se cum sint vilia non intelliget. AD IDEM : si intelliget aliud a se, tunc ex intelligente et ex intelligibili componetur unum, quod est inconveniens. Iste .4. rationes *ex litera* trahuntur. AD IDEM : nichil intelligit quod ab eterno non intellexit, quia aliter in eo esset facta mutatio ; set alia a se ab eterno non intellexit quia ab

12 essentie] *l.* essent. 21, 25 intelliget] *l.* intelligeret. 28 aliquando non] aliquedam *MS.*

eterno non erant, et 'quod non est non est intelligere vel scire', in principio *Posteriorum*, ergo alia a se non intelligit. AD IDEM: scientia nobilissima debet esse de nobilissimo scibili; set scientia primi est nobilissima, ergo de nobilissimo; set alia a se non sunt nobilissima, set ipsum solum est nobilissimum, ergo seipsum intelligit et non alia. CONTRA: omne agens per ordinem precognoscens fienda ignoscit ordinata, quia tale agens est sapiens, et sapientis est ordinare, et etiam omnia cognoscere, ut scribitur in principio *Methaphysice*; set primum est hujusmodi, ergo intelligit vel cognoscit ordinata, et ita alia a se. AD IDEM: primum scit se sicut est, set est causa aliorum, ergo scit causam aliorum omnium, ergo sciendo se vel cognoscendo cognoscit omnia alia a se. AD IDEM: si non sciret omnia tunc esset ignorans, quod est inconveniens. SOLUTIO: ad hoc Notandum quod primum intelligit per reflexionem et conversionem sui supra se, et sic hec reflexio secundum hec tria que in ipso per indifferentiam reperiuntur, virtus scilicet, aspectus, et affectus. Sciendum est ergo quod conversio sui supra se potest esse dupliciter; quia aut fit reflexio sue potentie intelligentis supra suam essentiam in quantum est essentia absoluta, et hoc modo tantum se intelligit et non aliud, vel fit reflexio in quantum hujusmodi essentia est omnium rerum exemplar, et hoc modo intelligendo se intelligit omnia. Et est simile de specie que est in anima, quia reflexio potest fieri vel conversio intellectus supra speciem absolute, non considerando cujus rei sit illa species vel ymago, et sic fit pura apprehensio speciei et non memorare, vel potest fieri reflexio supra illam considerando cujus rei sit, et conferendo ad rem cujus est, et sic fit cum appre-hensione memoria; et similiter ymaginare est in primo, et etiam modo simpliciori in infinitum, et est simile de speculo materiali, si enim haberent animam cognoscentem cognoscerent se et omnia que in ipso relucent. Similiter est in primo, et modo simpliciori in infinitum. AD PRIMAM rationem, dicendum quod duplex est intellectus; quidam est qui patitur ab intelligibili, et hic est qui intelligit per potentiam

7 ignoscit] *l.* cognoscit. 28 memorare] *l.* memoria.

ab essentia differentem, ut intellectus anime, et istius intellectus intelligere est perfectio, et est eodem nobilius in quantum intelligere est, et de tali intelligit Aristoteles quod primum non intelligit alia a se ; est alius intellectus | qui f. 174a 1.
non patitur ab intelligibili nec intelligit per potentiam ab essentia differentem, et hoc modo loquendo de intellectu potest intelligere primum alia, nec oportet quod intelligere nobilius sit tali intellectu cum talis intellectus sit perfectissimum, nec ut perficiatur intelligit, set propter simplicitatem excellentissimam intellectus cum intelligente. AD SECUNDAM : dicendum quod intelligere vilia per viles causas est vilescere ; set intelligere vilem per causam nobilem non est vilescere. VEL dicendum est, et melius, quod licet illud quod intelligitur vile sit, tamen ratio intelligendi a parte intelligentis nobilis est, unde corruptibilium possunt esse cause incorruptibiles et vilium cause nobiles. AD TERTIAM : dicendum quod quidam est videns et intelligens quod aliquid patitur a visibili et intelligibili, et quantum ad hujusmodi melius est non intelligere et non videre quam vilia scilicet quam videre et intelligere, et tale non est principium vel aliquid hujusmodi. Est autem alius videns et intelligens quod non patitur ab intelligibili et vissibili, et tale melius est videre et intelligere et nobilia et vilia quam non videre et intelligere, quia nichil patitur ab eorum ignobilitate vel vilitate, et tale intelligens est primum. AD QUARTAM : dicendum quod intelligere aliud a se dupliciter ; aut aliud et per aliud, et tale intelligens componitur ex intelligente et intelligibili ut anima ; aut intelligere aliud a se et per se, et tale non componitur ex intelligente et intelligibili ; sicut est primum. AD .5. dicendum quod major est duplex ; quia primum potest intelligere se in eo quod essentia absoluta, et sic major vera, quia hoc modo se tantum intellexit ; vel potest intelligere se in eo quod exemplar, et hoc modo omnia ab eterno, set non in quantum actu entia vel facta, set in quantum fienda, vel in sua potentia entia et ita intelligit et ea sicut sunt, ut inferius

15 nobilis] nobiles *MS.* 17 quidam] *l.* quoddam. 20 scilicet quam] *l.* scilicet. principium] *l.* primum. 26 Quartam] Quartum *MS.*

planius videbitur. AD .6. rationem, contingit solvere per diffinitionem solventem questionem, similiter tres rationes ad oppositum in altero sensu distinctionis procedebant, scilicet in quantum intelligit se ut est exemplar, idem tamen omnino in quantum est essentia et in quantum exemplar quamvis sic intellectualia contingat distinguere.

Secundo QUERITUR utrum primum intelligit se per exemplar. Videtur quod sic: omne agens ad exemplar est cognoscens per exemplar; hec patet in quolibet inducendo, ut si carpentator agat deinde per exemplar in mente sua existens, et illam cognoscet per idem exemplar; set primum est agens per exemplar, quia exemplar est rerum ab eterno, ergo cognoscit per exemplar et se et alia. AD IDEM: verissima cognitio est per exemplar, quia exemplar est ratio regulans cognoscentem ne cadat in errorem; set cognitio primi est verissima, ergo per exemplar. CONTRA: si intelligit se per exemplar, ergo per aliud a se intelligit; set sicut domus materialis cognoscitur per illam que est in mente artifficis, que non eadem omnino. Set hoc est inconveniens, scilicet quod intelligat se per aliud. SOLUTIO: dicendum quod primum non intelligit se per exemplar, set alia a se intelligit per exemplar, unde primum intelligit se per suam essentiam que est exemplar, set non prout est exemplar, unde sicut non habet ydeari in sui productione, quia non producitur nec habet exemplar in sui cognitione, set ipse cognoscitur. Per hoc solvuntur rationes, quia due procedebant de cognitione aliorum ab illo ultimo aut de cognitione sui a seipso.

Tertio QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera*, scilicet quod in essentialibus idem est res, ratio, et intellectus. Et videtur quod non: primum intelligit alia a se, ut vissum est; set alia a se non sunt idem sibi, ergo in primo quod est maxime essentiale non est idem res et intellectus sive intelligere et intellectus, multofortius in aliis. AD IDEM: intelligentia quod est maxime essentiale primo primum intelligit que sunt supra se et que sunt sub se, ut habetur in *De Causis*; set hujusmodi non sunt eadem cum illo, ergo in

10 deinde] *l.* domum.

ipsa differunt res et intellectus sive intellectus et intelligibile. CONTRA: in essentia pura que est summe simplex nulla est diversitas, ergo in ipsa idem erit res, ratio, et intellectus. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est separatum a materia; quoddam increatum et in tali idem est res, ratio, et intellectus; quoddam creatum ut intelligibilia, et in talibus idem est ratio intelligendi et res intelligendi, et hoc est quia talis res cum sit spiritualis non facit speciem differentem ab ea que sit modus intelligendi; set differunt hec, scilicet res intellectus et ratio intelligendi ab intelligente quando scilicet intelligit aliud a se. Hec est una oppinio communis; alia est oppinio completius exprimens veritatem, que est quod unus est intelligens separati a materia, et creati ut intelligentie per conversionem sui supra se, et sic hec tria idem sunt, res, ratio, et intellectus. Alius est intellectus ipsius non per conversionem set per rectam cognitionem cognoscendo, scilicet res supra se quod sunt sibi cause, et res sub se quod est eis causa quoddam modo, et hoc modo differunt intellectus et res intellectorum, tamen autem intelligendo variatur secundum quod intelligit superiora et inferiora. Dico item quod si intelligentia intelligat se primo modo, scilicet per conversionem sui supra se, hoc est dupliciter; aut quia intelligit se in eo quod substantia absoluta, et hoc modo idem est intelligens et intellectum, set utrum ratio intelligendi eodem modo sit cum illis in questione sequenti declarabitur. Vel potest intelligere se in eo quod factura vel creatura, et sic intelligit se et aliud, scilicet ipsum factorem; et hoc modo non est idem intellectus et intellectum, utrumque scilicet similiter, ut communiter dicitur. Substantia prima potest se intelligere in quantum essentia pura, et sic penitus idem intelligens et intellectum. Vel potest intelligere se in eo quod exemplar, et sic per aliud exemplar, et si omnino idem cum eo intelligit aliud a se, et si non est idem intelligens cum intellectu utroque. Per hoc solvuntur rationes. Ut completius pateant predicta:

Quarto QUERITUR utrum ratio intelligendi intelligentiam

1 ipsa] ipsa non *MS.*

f. 174a 2. vel aliam substantiam separatam | et ipsa intelligentia vel substantia intellecta idem sunt. Et videtur quod non: primum intelligit intelligentiam; set intelligentia alia a primo, ergo ratio intelligendi intelligentiam a primo erit alia, cum ipsa ratio intelligendi sit idem cum intelligentia. Set hoc est quia primum, quicquid intelligit, per seipsum intelligit, et non per aliud, ergo in intelligentia non est eadem set differens ratio intelligendi et ipsa intellecta propter inconveniens predictum. AD IDEM: a quo anima habet operationem intelligendi, ab eodem habet rationem intelligendi, quia a quo est operatio, ergo et ratio operationis; set anima intellectiva, scilicet que est substantia separata a materia saltem transmutabili, a primo habet rationem intelligendi, ut scribitur in *De Causis*, ergo a primo, et non a se, habebit rationem intelligendi, et ita differens erit ab ea. Hec ratio ex quo ab exemplo procedit. CONTRA: substantie que extra se speciem vel fantasma non faciunt mediante qua possunt intelligi, seipsis et sibi ipsis sunt ratio intelligendi; set substantie separate sunt hujusmodi, quia non habent materiam accidentibus subjectam nec corpoream ex quibus species vel fantasma generatur, ut intelligentia et anima, ergo seipsis et sibi ipsis per indifferentiam erunt ratio intelligendi. Major patet, ex quo per speciem non possunt cognosci quia non habent seipsis cognoscentur aut nullo modo,quod est inconveniens. QUOD CONCEDIMUS: dicentes ad prime rationis habendam solutionem ⟨quod⟩ addenda est pro exemplo auctoritas Commentatoris supra .7. *Metaphysice* et etiam supra .11., dicentis quod forma domus in mente artifficis et forma domus in materia sunt eodem in esse, scilicet cognitivo et spirituali, etsi in esse, in effectu vel actuali differant. Similiter dicimus, quod intelligentia et alica alia separata substantia, et sua ratio intelligendi sub esse maxime spirituali et cognitivo eadem sunt cum ipso primo, quamvis in esse actuali differant in infinitum, quia differunt tanquam creator et creatura. AD SECUNDAM: dicendum quod differt illa ratio intelligendi, ut dictum est, tamen in esse cognitivo ipsa ratio intelligendi ut anima vel intelligentia idem cum primo.

Quinto QUERITUR utrum primum intelligat omnia in ratione principii, scilicet in quantum est principium ipsorum. Et videtur quod sic: simili in *De Causis* quod intelligentia intelligit id quod est sub se, quoniam ipsa est causa ei, ergo similiter principium intelligiet inferiora, quoniam ipsum est causa eis, et ita in ratione principii. AD IDEM: dicit Commentator Averrois quod qui cognoscit calorem ignis tantum non cognoscit naturam caloris in aliis, set qui cognoscit calorem in quantum hujusmodi, scilicet in eo quod calor, ille percepit et cognoscit naturam caloris in aliis, ergo simili qui cognoscit ens creatum tantum, non cognoscit naturam entis in aliis, set qui cognoscit ens creatum in eo quod ens creatum; ergo primum ⟨qui⟩ cognoscit naturam entis in omnibus, cognoscet ipsa entia creata in quantum hujusmodi. Set hoc est cognoscere in ratione principii. CONTRA: in *primo Physicorum* scribitur quod si principium est aliquid vel alica sunt, ergo si scit vel cognoscat alia ab ipso in quantum principium, tunc alia ab ipso erunt ab eterno, quod est inconveniens. Et hoc sequitur, quia omnia cognoscit ab eterno. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod intelligere alia a se in ratione principii, hoc est dupliciter; uno modo in ratione principii efficientis, et sic non intelligit primum alia a se; alio modo in ratione principii formalis vel exemplaris, et hoc modo intelligit primum aliud a se. Et per hoc solvuntur rationes istis duabus viis procedentes.

Sexto QUERITUR utrum primum intelligat res corruptibiles per modum esse incorruptibilis. Et videtur quod sic: omne quod in alico est in eo secundum quod exigit natura continentis, hec patet inducendo, ergo si cognitio rerum corruptibilium sit in intellectu primi, erit in eo secundum quod exigit natura intellectus; set ipse intellectus est incorruptibilis, ergo cognitio corruptibilium rerum erit in eo per naturam et modum incorruptibilitatis, et ita sub esse incorruptibilis. ⟨AD IDEM:⟩ omnis cognitio rei in sua causa est cognitio per modum incorruptibilitatis; set cognitio rerum corruptibilium a quo per exemplar divinum, est earum

37 quo] *l.* primo.

cognitio in sua causa, ergo cognitio rerum corruptibilium a primo est per modum incorruptibilitatis. Major patet, quia rerum corruptibilium sunt cause res incorruptibiles; minor patet de se. CONTRA: omnis verissime sciens cognoscit res eo modo quo sunt, quia si cognosceret alio modo quam sunt, falso cognosceret; set primum est verissime sciens, ergo cognoscit res eo modo quo sunt per modum esse; set res corruptibiles sunt sub esse corruptibili, ergo primum cognoscit eas per modum corruptibilis et sub esse corruptibili. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod sub modo et esse corruptibili res corruptibiles a primo cognoscuntur, et similiter ab intelligentia set differenter, quia ab intelligentia per exemplar innatum et differens ab ipsa, set a primo per exemplar penitus idem cum ipso. Tale autem exemplar incorruptibile, et ideo ratio apprehendendi incorruptibile set apprehensum corruptibile, et propter hoc due prime rationes concedantur. AD RATIONEM contrariam, dicendum quod esse rerum corruptibilium duplex est; est enim quodam esse earum in effectu in esse actuali in naturali existentia quod idem est, et sic earum esse est incorruptibile, et hoc modo intelliguntur a primo, et ita eodem modo quo sunt eodem modo intelliguntur, et hoc esse scilicet in sua causa, nobilius est et verius quia incorruptibile, sicut in sequenti questione videbitur. Et nota quod incorruptibilium esse scientiam incorruptibilem non est inconveniens, quia quamvis in corruptibilia secundum id quod sunt, in causis suis tamen semper et perpetuo sunt, ut patet de deffectu lune que est in se corruptibilis tamen necessarius in sua causa quia de eo fiunt demonstrationes. Et propter hoc in tam ardua difficultate latentia veritatis apud nos deteguntur:

Septimo QUERITUR quomodo verius cognoscuntur, scilicet aut in esse suo universali, scilicet in exemplari divino, aut in esse actuali proprio particulari. Quod in esse particulari verius cognoscuntur videtur: veriori modo cognoscitur unumquodque quando cognoscitur secundum quod ipsum esse, hec scribitur in *primo Posteriorum*; set res cognoscere

26 in] *l.* in se. 37 cognoscere] *l.* cognite.

in esse proprio particulari cognoscuntur secundum quod ipse sunt, et non secundum quod sunt in causa vel exemplari, set solum secundum aliud, quia secundum quod sunt in causa exemplari vel in potentia, ergo res veriori modo cognoscuntur in esse proprio particulari quam in esse suo exemplari vel causa. AD IDEM: cognitio in universali et in suma minus vera et minus nobilis est cognitione distincta, et talis cognitio est imperfecta, confusa, et est quedam precognitio solum, ut patet inducendo in talibus; set modo in causa vel in exemplari est cognitio in universali suma, cognitio autem rei in esse proprio et determinato est cognitio distincta, ergo cognitio in esse proprio particulari verior est et nobilior cognitione rerum in universali causa vel exemplari. CONTRA: scribitur in *Posterioribus* quod intellectus in superioribus causis magis | novit; set intellectus in exemplari est co- f. 174 b 1.
gnoscens in superiori causa, et etiam sub propria, ergo cognoscens vel intelligens est exemplari, verius est cognoscens et intelligens quam intelligens in particulari vel in esse proprio rei. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod verior est cognitio vel scientia rerum in exemplari quam in esse proprio particulari, unde verius intelligit principium principiorum res per simplicem inspectionem in seipso vel in exemplari divino quam alio modo. Et hujus causa est quia hec est scientia impermutabilis; alia autem cognitio, scilicet secundum quod res sunt in esse proprio est mutabilis ad rerum mutationem. Secunda causa est quia hec cognitio vel scientia in proportione et comparatione rerum inter se, et fit ibi hec comparatio quia ibi, scilicet in exemplari, tanquam in causa respondent omnia, cognitio autem rei in comparatione, proportione, diffinitione, ad alia quam cognitio rei secundum se tantum et absolute, ut patet de manu, que verius cognoscitur, scilicet, comparatione et diffinitione ad alia membra quam quando cognoscitur id quod est solum. Tertia causa est id quod in exemplari cognoscitur ita fulgore et plenitudini suas cognoscitur lux; autem principium est omnis

7 suma] *l.* summa. distincta] diffita *MS.* 10 suma] *l.* vel in summa. 24 quod res sunt in esse] *iter. MS.* 34 plenitudine suas] *l.* plenitudine sua.

cognitionis, quia sensibilis sensitive, et intelligibilis intellective. AD PRIMAM rationem, dicendum quod ista est falsa, hec scilicet 'res cognita in esse particulari et proprio cognoscitur secundum quod ipsa, et in exemplari cognoscitur secundum aliud', quia cognoscere secundum seipsum est quando cognoscitur aliquid in aliqua causa in qua ipsum totum continetur, set sic sunt res in primo in esse cognoscitivo, scilicet, et tanquam in causa. Unde creatura, secundum quod ex nichilo est, non est habens veritatem vel essentiam, set est tota veritas et essentia a creante, et ita in potentia creantis tota rei veritas et essentia continetur. Set rei secundum se, id est, in esse proprio et particulari tota veritas vel essentia in causis ipsam individuantibus, et in esse proprio et particulari constituentibus, non continetur nec est ab ipsis, quia hujusmodi cause particulares et actuales sunt, et propter hoc res cognite in tali esse proprio, id est, hujusmodi causis actualibus et particularibus non cognoscuntur secundum quod ipsum set per accidens et in parte et non totaliter, ut visum est. Et est simile de hac passione linee tres que in triangulo cognoscuntur secundum quod ipsum, quia in illo tota continetur, in ysochele autem cognoscitur in parte vel secundum partem, quia in illo non totaliter set partialiter continetur. Unde Nota quod dupliciter est 'secundum quod ipsum'; uno modo est in esse particulari, et tale non est vere 'secundum quod ipsum'; aliud est 'secundum quod ipsum' in causa, quia tale vere est, et etiam verissimum et nobilissimum, ut vissum est. AD SECUNDAM rationem, dicendum quod duplex est cognitio in universali; est enim quedam per confussionem et ambitum illius universalis, et hec est confussa et innobilis, ut quando homo videt aliquid a longe, prius ignorat utrum sit animal aut non, et postea per approximationem distinguit et discernit quod est animal, et magis ad magis approximando devenit in ejus cognitionem specialem, et de tali cognitione procedit ratio; est alia cognitio in universali per distinctionem et simplicitatem illius universalis exemplaris, in quo sunt exemplata et talis est maxime distincta, ut vissum est, et maxime nobilis, et

21 in[1]] ·n· *MS*.

hec est cognitio ipsius primi, ut prius visum est. Ut compleantur predicta:

Octavo QUERITUR utrum primum eodem modo sciat res ante exitum ipsarum in esse et post. Et videtur quod non: primum scit res post exitum, aliter esset ignorans, et non scit eas ante exitum, ergo eodem modo non scit ante exitum et post. Minor patet, in *primo Posteriorum*, quod non est, non est scire; res non sunt ante suum exitum, ergo etc. AD IDEM: unumquodque vere scitur quando scitur eodem modo quo est; set alio modo sunt res ante exitum et post, ergo alio et alio modo est scire ipsas esset ante exitum et post. CONTRA: scientia primi non est a rebus causata, ut vissum est prius; si diversifficaretur propter exitum rerum causaretur a rebus, ergo non dividitur, set eadem est post qualis erat ante. QUOD CONCEDO: unde quia in primo non est diversitas dispositionum, ut habetur in *libro hoc* et in *De Causis*, propter hoc scit res ante exitum, ita quod li eodem modo sit determinatio de 'scit', sic enim est vera; set non scit res ante exitum et post exitum eodem modo, ita quod sit determinatio hujus quod dico 'esse'. AD PRIMAM rationem, dicendum quod res ante exitum non sunt in suo esse proprio naturali, id est in effectu, ipsa sunt tamen in primi potentia et ita in sua causa, ut sepe visum est. AD SECUNDAM: dicendum quod tota ratio est concedenda, unde alio modo scit primum ipsas esse ante exitum et post; quia ante sciebat res esse solum in causa exemplari, post exitum scit ipsas esse in effectu, licet scit eadem scientia omnino. Unde non scit alio modo res, sed scit ipsas alio modo esse; et est simile de artifice qui eadem scientia scit domum ante exitum domus et post, set non scit eam eodem modo esse. Et Nota quod talis diversitas rerum in scientia primi non ponit diversitatem, quia sua scientia non est causata a rebus.

Nono QUERITUR utrum primum intelligat possibilia, ea scilicet que non sunt nec fuerunt nec erunt, possibilia tamen esse. Videtur quod non: falsum est instrumentum aliquid ad representandum quod non est, ut dicit Boethius; set

4 ante] aut *MS.* 11 esset] *l.* esse.

exemplar primi non falsum set verissimum; ergo non est ad representandum quod non est set quod est tantum; set primum per exemplar intelligit que intelligit, ergo intelligit que sunt et non ea que esse possunt. AD IDEM: scire verorum est tantum, in *Posterioribus* et in *tertio De Anima*; set verum et ens convertuntur, in *secundo Metaphysice*, ergo sola entia sciuntur, non ergo ea que esse possunt et non sunt. CONTRA: quicquid potest virtus inferior potest superior, et adhuc amplius; set intellectus res que non sunt et esse possunt intelligit, ut eclipsim lune vel aliquid hujusmodi, ergo multofortius intellectus primi que non sunt possibilia tamen possunt esse intelligit. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est ens; quoddam ens actu, de quo locutum prius; aliud est ens in potentia. Et hoc dupliciter dicitur; quedam sunt in potentia materie; alia sunt in potentia agentis. Et hoc dupliciter; quedam in potentia agentis quod est natura, alia sunt in potentia agentis quod est voluntas. Et hoc dupliciter; quedam sunt in potentia agentis voluntarii cui voluntas non est actio, ut domus in
f. 174b2. potentia artificis aut in potentia | agentis cui voluntas est sua actio, ut in potentia agentis increati, et tale agens intelligit non solum que sunt, set omnia que esse possunt, quia in sua potentia, sunt omnia, sicut artifex non solum cognoscit domum que est, set etiam illam que esse potest, que in sui potentia est. AD PRIMAM rationem, dicendum quod exemplar primi est ad representandum solum quod, set esse dupliciter est; uno modo in effectu, et sic non sunt ea que sunt solummodo possibilium; alio modo esse in ejus potentia, et hoc modo sunt possibilia, et hoc modo, secundum quod sunt in exemplari, per exemplar representantur, unde non sunt omnino non-entia. Per hoc solvitur ad secundam.

Ultimo QUERITUR utrum primum intelligat impossibilia vel cognoscat. Et videtur quod sic: intellectus primi celsior est et simplicior intellectu creato; set intellectus creatus intelligit impossibilia, ergo multofortius intellectus increatus. Minor patet, quia in *primo Posteriorum* dicitur quod com-

27 quod] *l.* quod est.

posita principiorum cognoscuntur que impossibilia sunt, ut 'nullum totum magis est sua parte'. AD IDEM: scribitur in libro *De Maximis Theologie* quod deus est omnipotens quia potest non solum que sunt vel fieri possunt set ea que fieri non possunt; set ad que se extendit potentia sua ad eadem se extendit sua scientia, quia idem sunt in re et simpliciter, ergo potest scire vel intelligere impossibilia. CONTRA: ad que se extendit potentia primi, et ejus sapientia; et non ad plura, quia idem sunt penitus. Set quoddam est impossibile ad quod non se extendit sua potentia, ut malum facere, ergo ad idem non se extendit sua scientia, ergo aliquod est impossibile quod non potest intelligere vel scire. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est impossibile; secundum causam superiorem et non inferiorem, ut malum moris et operis, et hoc impossibile intelligit sicut malum moris, de cujus modo intelligendi in sequenti questione inquiremus; aliud est impossibile secundum causam inferiorem et non secundum superiorem, ut virginem parire, et hoc impossibile intelligit sicut possibile, de quo prius vissum est. Due igitur prime rationes concedantur. AD RATIONEM contrariam, dicendum quod aliquid cognoscitur a primo dupliciter; vel . . . uno modo sicut actus et habitus, et sic bonum; alio per privationem. Et hoc dupliciter; aut habitum extrahendo a privatione, et sic bonum extrahendo ipsum a malo; aut abiciendo privationem ab habitu et sic malum; et est simile de tenebra et puncto que est per privationem lucis et continui cognita. Dico igitur ad formam argumenti quod sicut potentia primi non extenditur ad sibi impossibilia, ut ad malum moris, ut sint entia actu, sic nec sua scientia se extendit ad ea, ut ea sciat sicut scit entia scita actu et habitu, set solum sicut entium privationes. Et Nota quod quamvis sua potentia non sit potens in productione talium effectuum, posse agere malum, sibi simile producere, et hujusmodi, non propter hoc dicitur impotens, quia hujusmodi effectus non sunt ex potentia set ex impotentia. Unde si talia producere posset inpotens esset. Est enim malum deformitas, deffectus, vel deviatio operis,

22 *Blank in MS.*

cujusmodi conditiones ex impotentia proveniunt. Similiter si simile sibi posset creare, tunc non est summe bonus vel optimus nec omnipotens, quia quod dicitur per hanc habentiam convenit uni soli. ITEM, non omnipotens, quia non posset supra illud, cum illud esset sibi uniforme, nec iterum posset hoc pati rerum natura, quia omne creatum ab excellentia sue cause necesse est deficere. Sunt etiam quedam conditiones principii in eo quod principium que in principiato inpossibile est reperire, ut esse eternum eternitate absoluta, esse primum, esse sufficientissimum, optimum, perfectissimum, et hujusmodi. Similiter sunt quedam conditiones consequentes principiatum que in principio non reperiuntur, ut esse posterius, esse compositum, et hujusmodi, que privationes sunt, ut non-esse summe simplex vel bonus, et hujusmodi; alie sunt consequentes principium et principiatum in quantum sunt aliquid ens absolute, ut esse ens, verum, vel aliquid, et hujusmodi; non tamen per univocationem set per solam equivocationem, quia in principio per essentiam et excellentiam, in princip atis per partitionem et deffectum. Set propter evidentiam predictorum:

QUERITUR hic primo de cognitione cause prime respectu malorum, et est questio prima utrum causa prima cognoscat malum. Et videtur quod non: *in litera* scribitur quod intellectus primi cum sit nobilissimus, intelligit aliquid valde nobile et divinum; set malum non est hujusmodi, ergo non intelligit malum. AD IDEM: *in litera* scribitur, oportet ipsum primum fugere actionem vilem, scilicet ne intelligat vilia; set malum est vile, ergo non intelligit malum. AD IDEM: scribitur in *De Anima* quod rectus est judex suiipsius et obliqui; set primum non est rectus vel rectitudo respectu mali, nec malum obliquitas ejus, quia bonitati vel rectitudini divine nichil est contrarium, nec malum nec aliud; set omne obliquum opponitur recto, ut largitas avaritie et prodigalitati, ergo primum non est judex nec cognoscitivus mali, set aliquod bonum creatum quod ei sit oppositum. AD IDEM: illa solum cognoscitur a primo que in ipso habent ydeam vel exemplar, quia per hoc cognoscit res et producit, ut visum

37 ut] *iter. MS.*

est; set malum non habet ydeam in primo, quia exemplar exemplato conformatur in quantum potest; set malum nullo modo exemplari vel ipsi primo conformatur, ergo malum a primo non cognoscitur. CONTRA: intellectus increatus celsior est et nobilior intellectu creato; set creatus cognoscit malum quia cognoscit bonum quod est malo contrarium; set ⟨qui⟩ cognoscit unum oppositorum cognoscit reliquum, ut se dixit Aristoteles quod intellectus increatus cognoscit malum. AD IDEM: dicit Boethius, quicquid potest virtus inferior, potest et superior, et ad huc amplius; set virtus intellectus creati, que est inferior, cognoscit malum, ergo multofortius et virtus superior que est intellectus increatus. AD IDEM: reddere premium sequitur meritum et meritum cognitionem; similiter deprimere dagnare sequitur demeritum et demeriti cognitionem. Hoc patet, quia non potest aliquis reddere premium debitum nisi cognoscat meritum, et similiter dico ⟨de⟩ demerito; set primum cum sit justus, scilicet reddens unicuique quod suum est secundum meritum vel demeritum per operationes bonas vel malas acquisitum reddit premium vel dagnum, ergo primum ⟨cum⟩ cognoscat meritum | et meriti causam, scilicet bonum f. 175a 1
operatum, et etiam demeritum et demeriti causam, scilicet malum operatum, ergo cognoscit malum. Et ut verum latens nos appareat:

Secundo QUERITUR utrum eadem scientia cognoscat bonum et malum. Et videtur quod sic: contrariorum eadem disciplina vel scientia; set bonum et malum sunt contraria, in *Predicamentis* scribitur; major, in *Thopicis*, ergo eadem scientia cognoscit bonum et malum. AD IDEM: primum et sua scientia idem sunt; set in ipso nulla est diversitas, ergo nec in ejus scientia, ergo eadem scientia cognoscit omnia. CONTRA: scientia dei qua scit est causa rerum; set deus non est causa mali, ergo nec est sciens malum scientia qua scit bonum. AD IDEM: primum scit bonum approbando, diligendo, operando ipsum, et ita scientia practica; set hoc modo non scit malum quoniam ipsum nec approbat nec efficit, ergo nescit eadem scientia bonum et malum.

14 dagnare] *l.* damnare. 20 dagnum] *l.* damnum.

SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est malum; quoddam est malum nature et hoc est defectus in creatura per quem creatura ipsa habet fluxibilitatem ad non-esse, et tale malum cognoscit, sicut possibile deo est cognoscere prius visum est; aliud est malum moris, et tale est in voluntate circumstantiarum que reddunt opera mala, et tale cognoscitur a primo. Set duplex est cognitio; quedam per actum et habitum, et sic cognoscitur bonum ab primo; alia per privationem, et hac cognitione cognoscitur malum, malum moris ut prius visum est. AD SECUNDAM questionem, dicendum est quod duplex est scientia; quedam est scientia speculativa, que est cum aspectu solum, et hoc modo cognoscitur malum ab ipso primo; altera est practica, et hec est cum aspectu et affectu, et hoc modo cognoscitur bonum et non malum: hec tamen a parte primi scientis non diffinitur.

AD PRIMAM rationem prime questionis, per hec dicendum quia major intelligitur de eo quod cognoscitur per modum actus et habitus, cujus est bonum, et non de eo quod cognoscitur per privationem sicut malum. AD SECUNDAM: dicendum quod aliquid intelligitur a primo secundum primam cognitionem et immediatam rationem cognoscendi, et sic nobiliora; alia cognoscuntur secundum aliam cognitionem, scilicet non primam nec immediatam et sic vilia, ut jam planius videbitur; ratio autem de prima cognitione procedit. AD TERTIAM: dicendum quod rectum est cujus medium non exit ab extremis in geometria, ut linea recta; similiter dicitur in moralibus rectum aliquod medium quod non exit usque ad extrema, ut largitas que non transit usque ad superfluitatem vel indigentiam, set consistit in medio. Set tale rectum medium est dupliciter; unum est quod non declinat ad alterum extremum nec possibile est declinare, scilicet ad superfluitatem et indigentiam, et tale rectum vel rectitudo est primum, et tali rectitudini nichil opponitur, et per talem rectitudinem cognoscitur obliquitas, scilicet malum ab ipso primo, scilicet quia per seipsum; aliud est rectum cujus medium potest declinare ab extremis,

27, 29 exit] exigit *MS.*

ut est in creatis, et de tali recto vera est minor prout cognitio cujusmodi rectum non est primum. AD .4. dicendum quod major vera est de illis que cognoscuntur per modum actus et habitus, et que secundum primam et immediatam cognitionem, cujusmodi sunt bona et non mala, ut jam videbitur. Tres rationes in contrarium procedentes altero sensu disjunctive concedantur, scilicet de cognitione per privationem. AD PRIMAM rationem secunde questionis, dicendum quod contraria quedam sunt quorum utrumque contrariorum est natura, ut album nigrum, et de illis intelligitur major, scilicet quod contrariorum eadem est disciplina; alia sunt quorum utrumque non est natura aliqua, set alterum privatio solum, ut malum privatio in respectu boni, et de hiis non intelligitur. VEL dicendum, et melius, quod omnium contrariorum eadem est scientia apud primam causam, set non eodem modo, quia bonum scitur cum aspectu et affectu ab ipso primo, malum autem cum aspectu solum. VEL dicendum quod major intelligenda est de scientia a rebus causata, sicut est cognitio humana et non divina. AD SECUNDAM: dicendum quod scientia dupliciter comparatur, cum sit ad ⟨comparationem⟩ scientis et scibilis; uno modo ad sciens, et sic nulla est diversitas in scientia vel in modo sciendi, et hoc modo procedebat ratio; alio modo comparatur ad scibile, scilicet ad bonum vel malum, et hoc modo est diversitas, sicut visum est, et etiam melius videbitur in subsequenti questione. AD ETIAM rationes contrarias, dicendum quod duplex est causa; quedam effectiva et exemplaris, alia exemplaris tantum, similiter duplex scientia, ut visum est; quedam cum aspectu et affectu, scilicet practica, et de ista scientia verum quod sua scientia est causa rerum hoc modo scitarum effectiva et exemplaris; alia est scientia cum aspectu solum, scilicet speculativa, et hujusmodi scientia causa est rerum scitarum exemplaris solum, scilicet malorum; non tamen immediata ut jam videbitur. Cujus gratia:

Tertio QUERITUR utrum malum mediate vel per medium cognoscitur a primo. Et videtur quod sic: privatio

3, 11, 18 major] magis *MS.* 26 etiam] *l.* .2.

omnis sequitur habitum quod per ipsum cognoscitur; set malum est privatio boni et etiam ut privatio cognoscitur, ergo cognoscitur mediante bono tanquam per suum habitum, quia bonum per modum habitus et actus cognoscitur. AD IDEM: illud immediate cognoscitur a primo quod habet ydeam in primo, quia primum cognoscit per exemplar vel ydeam quod est idem cum ipso; set malum non habet ydeam in primo, quia tunc fieret ab ipso vel posset fieri, ergo malum immediate non cognoscitur, set per medium. CONTRA: scientia dei est idem cum ipso et simplicissima et nobilissima; set omnis talis scientia vel cognitio immediate cognoscit quecumque cognoscit; ergo scientia primi immediate cognoscit omnia tam bona quam mala, quia per seipsum; quapropter:

Quarto QUERITUR utrum per se et per accidens primo et ex consequenti possunt cadere in cognitione dei. Et videtur quod sic: malum cognoscitur a primo sub ratione privationis, ut visum est, et ita per accidens et ex consequenti, bonum autem sub ratione habitus et actus et per se et primo. AD IDEM: scientia quanto nobilior tanto plurium et pluribus modis cognosciva; set in nostra scientia est per
f. 175 a 2. se et per | accidens, ergo multofortius in scientia primi, cum sit nobilior et nobilissima. Major patet quia scientia nobilissima debet cognoscere scitum in esse proprio, et quasi substantialia et accidentialia sciti, et omnibus modis. CONTRA: scientia dei perfectissima et nobilissima; set scientia que est ex consequenti et per accidens non est perfecta set imperfecta, ergo in primi scientia non erit ex consequenti et per accidens reperire. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod deus cognoscit malum immediate vel sine medio; malum tamen cognoscitur per medium. In hiis verbis videtur esse contrarietas, set non est. Propter quod, Nota quod substantia prima per reflexionem sui supra se cognoscit omnia que habent exemplar, in ipsa reflexione facta supra se in eo quod exemplar, et etiam in eo quod entia absoluta, et hec sunt bona, scilicet, que habent exemplar in

33 reflexionem] relexionem *MS.* quia he *MS.* sui] *iter. MS.* 36 bona] bona

ipso. Dico ulterius, quod per illud exemplar per quod cognoscit bonum, per illud idem cognoscit boni defectum, scilicet malum. Set illud exemplar idem est quod ipsum, ergo per seipsum et immediate cognoscit malum sicut bonum. Set differentia est cognitorum, quia malum cognoscitur per exemplar, non in eo quod illud exemplar sit exemplar sui, set in eo quod est exemplar sui oppositi, scilicet boni, et ita malum mediate cognoscitur, bonum autem immediate: bonum exemplar sui, malum autem per exemplar alterius. Et sic patet quod cognoscit malum sicut bonum immediate a parte sui et primo, nec cadit in ejus cognitione ex consequenti vel per accidens mediate, malum tamen mediate per accidens ex consequenti cognoscitur, ut visum est. Per hec solvuntur questiones et earundem rationes.

Quinto QUERITUR utrum deus cognoscat contingentia, et Nota quod contingens, prout hic sumitur, differt a possibili, quia contingens est quod est et potest non esse, possibile est quod non est potens tam esset. Et per hanc questionem declarabitur utrum omnia evenient de necessitate. Et videtur quod non cognoscat contingentia, set necessaria tantum. Divina providentia in sua previsione non fallitur, ut scribitur in libro *De Maximis Theologie*; set divina providentia prevideat omnia ergo infallibiliter, et necessaria erunt omnia entia et evenient futura, ex quo non fallitur, ergo de necessitate. Set previssio vel providentia et scientia idem in ipso, ergo scientia tantum necessariorum et non contingentium sicut previssio. AD IDEM: scribitur in *De Maximis Theologie* quod omnia previsa in eo, et previsa sunt necessaria; set omnia entia et futura sunt previsa, ergo omnia necessaria, ergo tantum cognoscet necessaria. AD IDEM: ad necessitatem cause superioris sequitur necessitas in inferioribus, et non e contrario, ergo que previsa sunt a causa superiori non possunt impediri ab inferioribus causis, ergo cum omnia sint previsa a causa superiori et etiam de necessitate aperte, quia sua previsio aliter falleretur, previsio erit solum necessariorum, et similiter

20 evenient] *l.* eveniant. 24 prevideat] *l.* previdet.

scientia, quia idem sunt. CONTRA: aut cognoscit contingentia aut non. Si non; ergo est ignorans, quod est impossibile; si sic, ergo aut in eo quod contingentia sunt cognita ea, aut non. Si non; ergo cognoscit res alio modo quam sunt, quod est inconveniens, quia non esset vere sciens, quod est falsum, ergo ipse deus cognoscit contingentia, et in eo quod contingentia. AD IDEM: in *secundo Physicorum* scribitur quod peccatum omnino fit, et in hiis que sunt secundum artem, et in hiis que sunt secundum naturam. Unde grammaticus scripsit litteras recte et non recte, similiter medicus potavit potionem recte et non recte. Set hujusmodi peccata que eveniunt in arte et natura non eveniunt de necessitate set a fortuna et casu, ergo omnia non eveniunt de necessitate; set primum omnia scit, ergo scit contingentia sicut necessaria. AD IDEM: scribitur in libro *primo Peryhermenyas* quod si omnia evenient de necessitate tunc non proderet nos considerari vel negotiari, neque etiam efficeremus principium aliquarum operationum, quod est inconveniens; ergo quedam evenient contingenter, que etiam ab ipso primo cognoscuntur. SOLUTIO: ad questionem dicendum quod hec propositio in qua tota vis latet, 'necesse est evenire quod deus previdit', de necessitate consenquendi vel totius consequentie, quod idem est non contingens; est sensus illius 'si deus previdit rem futuram, necesse erit res previsa', non tamen sequitur hoc modo, 'ergo previsa necessaria sunt' quia sic iteratio de necessitate consequentis. Et est simile cum dicitur 'necessarium est Sortem moveri si currat', hec est vera de necessitate consequentie, non tamen sequitur 'ergo Sor movetur', imo est ibi fallacia secundum quid et simpliciter, unde hec propositio, 'necesse est evenire quod deus previdit' equivalet isti ypothetice, 'si deus previdit aliquid, illud necessario eveniet', set per istam non sequitur, 'ergo previsa sunt necessaria', ut visum est. Similiter dicendum est quod omnia previsa, in eo quod previsa, sunt necessaria, non tamen in eo quod entia, et ita erunt quedam contin-

11 potavit] *l.* propinavit. 12 eveniunt] *l.* evitine *MS.* 16 evenient] *l.* evenirent. 17 proderet] *l.* prodesset.

gentia que ab ipso cognoscentur omnino. AD PRIMAM rationem, dicendum quod non fallitur previsio, et quod evenient infallibiliter et necessario futura contingentia in eo quod prevísa, ipsa tamen in eo quod jam facta non erunt necessaria. AD SECUNDAM: dicendum quod ibi est locus sophisticus secundum accidens, quia idem attribuitur rei subjecte et accidenti, cum dicitur, 'previsa sunt necessaria, omnia entia sunt previsa, ergo omnia entia sunt necessaria', hoc quod dico 'omnia entia' est res subjecta, hoc quod dico 'previsa' est accidens, scilicet extraneum, hoc quod dico 'necessaria' est illud quod utrique attribuitur. Est enim previsio extranea et diversa a parte accidentis huic quod est 'entia omnia' respectu necessitatis, sicut accidit. Sortem esse hominem respectu speciei. AD TERTIAM: dicendum quod illa procedit de necessitate consequentie vel consequendi; non propter hoc licet inferre necessitatem partis ypotheticarum, scilicet consequentis, ut vissum est. Et nota quod verbum scriptum in *Maximis Theologie*, quod est quod 'divina providentia falli non potest' non ita quod inferat eventus necessitatem et afferat liberi arbitrii libertatem, et sit causa | restringens eventum, f. 175 b 1
set quod causa est concomitans sine qua non, scilicet sine qua non evenit aliquid.

Sexto QUERITUR utrum scientia primi cadat supra complexa. Et videtur quod non: in primo idem est intelligens et intellectum; set primum non est complexum, ergo intellectum ab eo non erit complexum. AD IDEM: scientia ei idem est quod ipsum, quia in eo nichil differt, ut sepe notatur ibi; set ipsum est incomplexum, ergo et sua scientia incomplexa et incomplexorum. CONTRA: primum omnium verorum et bonorum causa est, et cognoscens, ut visum est; set quedam est veritas que est circa complexionem, ut dicitur in libro *Peryhermenyas*, ergo primum cognoscit complexa sicut incomplexa. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod aliquid cognoscitur, sicut visum est, a primo dupliciter; uno modo secundum primam et immediatam rationem cognoscendi, et sic ens, verum et bonum incom-

20 afferat] *l.* auferat.

plexa a primo cognoscuntur, alio modo non secundum primam et immediatam set ex consequenti et per accidens, et hoc a parte cognoscibili, ut visum est de malo, et hoc modo complexa cognoscuntur a primo unde primum immediate complexa, set ipsa complexa mediate cognoscuntur per exemplar non secundum quod erat sui, scilicet complexi, set secundum quod erat incomplexi. AD PRIMAM rationem, dicendum quod de scientia dupliciter est loqui; uno modo secundum quod est aliquid scientis, et hoc modo major intelligitur; alio modo secundum quod est aliquid scibilis rei. Et hoc dupliciter; aut scibilis secundum primam et immediatam cognitionem, scilicet ut cognita vel scita per actum et habitum, sicut sunt bona, vera, et hujusmodi, et sic quomodo sciens et scitum sint idem visum est in illa questione precedenti, qua querebatur utrum ratio intelligendi substantiam separatam a primo et ipsa substantia intellecta essent eadem; aut rei scibilis secundum rationem mediatam et consequentem et per accidens, ut malorum et etiam bonorum, et a parte sciti; et sic non est idem in primo sciens et scitum, set differt in infinitum. Non tamen est in primo diversitas propter hoc, quia hec non cognoscuntur per exemplar proprium, nec primo et per se, set per exemplar alterius ex consequenti et per accidens. Et per hoc solvitur secunda.

Septimo QUERITUR utrum scientia complexi sit semper eadem apud ipsum primum, ut cum dicitur me scire naciturum, me esse natum, me fuisse natum, utrum, scilicet, eadem scientia sciat has tres propositiones, et eodem modo.

Octavo QUERITUR utrum eadem scientia et eodem modo sciat preterita, presentia, futura, ut sol heri fuit passus eclipsim, hodie patitur, cras patietur. Et quia iste .2. questiones fuerunt determinate, sicut ⟨apparet⟩ inspicienti illam questionem precedentem, qua queritur utrum eadem scientia rerum in ipso primo ante exitum earum in esse et post, ideo ad presens de illis in tantum sufficiat resserasse.

Nono QUERITUR de hoc quod dicitur *in litera* quod

5 ipsa] ipse *MS.* 17 rei] *iter. MS.* 20 infinitum] infinitie *MS.*

consecutio intelligentie causat lassitudinem et fatigationem, scilicet, intelligentie successive. Et videtur quod non scribitur in libro *De Intelligentiis* quod 'intelligentia, antequam sint aliqua entia, ignorat que postmodum cognoscit cum facta sunt entia,' ergo intelligentia secundum consecutionem et successionem intelligit; set intelligentia lassitudinem intelligendo non suscipit, quia eternitate mensuratur in qua non est lassitudo langor, nec defectus. AD IDEM: quod fortificatur intelligendo lassitudinem non suscipit in intelligendo; set anima fortificatur in intelligendo, ergo non suscipit lassitudinem in intelligendo, ergo consecutio intelligendi non causat lassitudinem. Major patet quia quod fortificatur non fatigatur nec lassatur. Minor patet per hoc quod scribitur in *tertio De Anima*, quod anima post valde intelligibile nichil minus intelligit infima, et hoc est quia fortificatur, set oculus post valde visibile non potest videre minus, nisi facta mora aliqua. CONTRA: omnium agentium in tempore si exedant tempus sue actionis necessarie est languescere et fatigari, ut si oculus plus vigilet quam possit, tunc incipiet languere, set omne nostrum intelligere fit cum continuo et tempore; hec scribitur in libro *De Memoria*. Major scribitur in *De Sompno et Vigilia*, ergo consecutio et excessus intelligendi causabit lassitudinem in intellectu nostro. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod duplex est intellectus; quidam increatus, et talis, quia est potentia indifferens a radice sue ⟨substantie⟩ in minus abjecta materia existens ⟨per⟩ actum pura, propter hoc intelligendo nullam suscipit lassitudinem, penam, langorem, fatigationem; alius est intellectus creatus. Et hic est duplex; quidam quod est a motu et materia transmutabili separatus ut intellectus intelligentie et anima separate, et talis similiter non fatigatur, debilitatur, nec langit in intelligendo. Et hic intelligit quadrupliciter in quibus quatuor claritas cognitionis perficitur; intelligit enim se, et quod est supra se, et quod est juxta se, et quod est sub se, et hoc est tum quia non habet materiam transmutabilem naturalem, tum quia suo

26 *Blank in MS.* 28 alius] aliud *MS.* 30 ut] *iter. MS.* 32 langit] *l.* languet.

creatori approximatur. Alius est intellectus creatus materie transmutabili conjunctus, scilicet corpori, et hic est duplex; quidam est agens, scilicet una pars intellectus elevata ad superiora contemplandum, et hec vocatur intellectus agens, et hec non intelligit per administrationem sensuum, set per exempla sibi innata, confusa tamen; et quantum ad hanc partem non suscipit intellectus lassitudinem, langorem in intelligendo, et hic est intellectus agens ⟨qui⟩ remanet in anima quando a corpore separata est. Alter est intellectus possibilis, scilicet altera pars intellectus vel rationis quando ratio se inclinat ad inferiora, et hic intelligit per administrationem sensuum, de quo dicitur 'nichil est in intellectu quin prius fuerit in sensu'; de quo dicitur, 'omne nostrum intelligere est cum continuo et tempore'. Et hic lassitudinem, et fatigationem, langorem suscipit in consecutione intelligendi; set non agens quamvis idem sint in substantia quia intelligere agentis non est mensuratum a tempore. Per hec rationes solvuntur.

QUESITUM est prius de scibilibus a primo, nunc querendum est de eo quo scit, scilicet de exemplaribus. Et QUERITUR primo utrum in ipso primo sit omnium exemplar. Et videtur quod sic: omnis substantia simplex intellectiva cujus cognitio a nullo dependet est exemplar omnium, ut scribitur in libro *De Memoria*; set primum est hujusmodi, quia ipsum est intellectus, cujus est potentia activa et exemplaris, ergo primum est exemplar omnium, ergo in primo est exemplar. AD IDEM: omne agens precognoscens futura habet exemplar vel per exemplar cognoscit, quia ratio exemplaris est ratio cognoscitiva futura; set primum est hujusmodi ut patet de se, ergo etc. AD IDEM: per auctoritatem Boeti in *De Consolatione* dicentis verbum suum ad creatorem dirigendo, 'tu cuncta superiora ducis ab exemplo pulcrum, pulcerrimus ipse mundum mente gerens similique ymagine formans'. Per hec verba expresse designatur quod in primo fuit exemplar vel exempla.

f. 175b 2. CONTRA: nullum agens non potens | incidere in errorem

29 cognoscitiva] *l.* cognoscendi.

indiget habitu regulante ne incidat in errorem; set primum est hujusmodi, ergo primum non indiget habitu regulante ipsum ne in errorem incidat. Set hujusmodi habitus est exemplar, quia exemplar regulat artificem ad faciendum domum, et etiam prohibet ne faciat arcam. Major et minor patent de se, ergo primum non indiget exemplari vel exemplaribus. AD IDEM: omne exemplar in agente aut est ratio approximandi, aut ratio appropriandi, aut ratio regulandi, quia omne exemplar est propter hec tria, vel omnino quedam; set primum non est agens approximatum nec appropriatum nec regulatum, quia seipso operatur, ergo primum non habet exemplar vel exempla. AD IDEM: in omni agenti precognoscente futura, exemplar est ratio cognoscendi per habitum precedentem actum, ut patet in artifice domus, qui per exemplar ipsius domus quod habet in anima prius cognoscit domum, et hoc per habitum, postea actu cognoscet. Set in primo non est cognitio per habitum precedentem actum, ut patet *in litera*, ergo in primo non est exemplar vel exempla. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod exemplar est forma existens in mente artificis, propter quod sic dicendum quod triplex est forma prout spectat ad presentem utilitatem; quedam est que est principium cognoscendi tantum, ut ydea vel species alicujus rei; alia est que est principium operandi tantum, ut forma ignis que est ad comburendum et non ad cognoscendum, et neutra istarum est exemplar; tertia est que est principium operandi et cognoscendi, et hec est exemplar. Set hec est duplex; quoddam est exemplar quod non addit aliquid supra illud cujus est, nec essentiam vel multitudinem nec diversitatem aliquam, et tale exemplar est in primo vel est ipsum primum, ut verius loquar. Aliud est exemplar quod addit aliquid supra illud cujus est, scilicet multitudinem et diversitatem. Et hoc est duplex; quoddam est acquisitum, et hoc nichil aliud est quam quedam precognitio a sensibilium proprietatibus transformata, et tale exemplar est in artificibus vel mecanicis; aliud est innatum, et hoc est duplex; quoddam est confussum in intellectu anime scilicet

14 precedentem] precedentum *MS.* 23 ydea] ydaum *MS.*

agente, aliud est distinctum ut est in intelligentiis. Tres igitur prime rationes conceduntur. AD PRIMAM et secundam contra, hoc dicendum quod de exemplari in aliquo existente contingit loqui dupliciter; uno modo in quantum est ratio cognoscendi et sic non procedunt rationes, alio modo ut est ratio operandi, et hoc modo quadrupliciter. Uno modo ut est ratio cognoscendi agentem ne incidat in errorem; secundo modo ut ratio approximandi ad opus, scilicet mediante quo de remoto agente fit proximum; tertio modo ut est ratio appropriandi, scilicet quando ipso mediante de communi vel universali agente fit proximum vel particulare; et istis tribus modis sunt in creatis, et hoc modo procedunt rationes; quarto modo in quantum illud exemplar est ratio proxima propria regulans, non appropriandi vel approximandi ⟨vel⟩ regulandi, et hoc modo est exemplar in primo. AD TERTIAM rationem, dicendum quod duplex est agens precognoscens; est enim quoddam agens precognoscens in cujus voluntate nulla incidit renovatio, ut primum, et de tali non intelligitur major, imo de tali est falsa; aliud est in cujus voluntate incidit renovatio, ut agens creatum, et de tali intelligitur.

Secundo QUERITUR: dato quod in ipso primo sit exemplar, utrum sit unum tantum vel plura. Quod unum tantum non sit in eo exemplar videtur: nullus effectus particularis a causa universali procedit nisi ipsa facta propria vel appropriata; set isti effectus particulares, scilicet creature, a causa prima emanant, ergo ipsa cum sit universalis facta est propria vel appropriata; set non sint similiter propria vel appropriata ad tantam multitudinem effectuum particularium nisi per multitudinem exemplarium, ergo in ipsa sunt plura exempla. Major patet in *secundo Physicorum*, in quo dicitur quod statuens factor est statue; hic aut hujusmodi, statue ⟨factor⟩ scilicet agens universalis universalem effectum ⟨facit⟩ et particularis agens particularem. AD IDEM: omne agens per exemplar tantum unum habens tantum unum producet saltem specie et non plura; set primum est agens per exemplar, ergo ⟨si⟩ plura specie differentia producit, plura

23 utrum] ut *MS.* 28 sint similiter] *l.* fuit facta.

habebit exemplaria. Major patet, quia exemplar et exemplum specie et similitudine debent conformari, unde etiam est quod artifex unum habens exemplar unicum effectum specie producit, quamvis plura numero, ut arcas vel domos vel aliquid hujusmodi. AD IDEM: scribitur in *De* ⟨*Generatione*⟩ quod idem in quantum idem semper natum est idem facere; set primum ⟨cum⟩ non faciat semper idem cum pluralitatem effectuum producit, ergo primum in se habebit aliquam pluralitatem vel multitudinem non nisi exemplum, ergo in primo erunt plura exemplaria. CONTRA: scribitur in *De Causis* quod 'omnis virtus unita plus est infinita seipse multiplicata'; set virtus primi maxime est infinita, ergo maxime una et in unitate consistens, ergo in virtute ipsius primi unicum erit tantum exemplar, et non plura. AD IDEM: omnis multitudo in eo in quo est et supra id cujus est ponit alietatem, ergo si in primo esset multitudo exemplarium, ibi esset alietas etiam diversitas; quod falsum est, quia exemplar primi idem est quod ipsum, et ita ⟨ante⟩ primum esset alius a se, quod est inconveniens. AD HOC dicunt quidam quod de exemplari est loqui dupliciter; uno modo per comparationem ad exemplantem, et sic est unum; alio modo per comparationem ad exemplata, et sic sunt plura.

Propter hoc QUERITUR utrum multitudo exemplarium possibile sit in primo per comparationem vel relationem creaturarum ad creatorem. Et videtur quod non: quicquid est in primo est in eo ab eterno; set relatio creaturarum non est ad ipsum primum ab eterno, quia ipse creature non sunt ab eterno, ergo propter relationem creaturarum non erit aliquid in primo, cum hec non fit ab eterno, et omne existens in eo est ab eterno, quia idem est cum ipso. AD IDEM: relata sunt dupliciter; quedam sunt inconvertibiliter se habendo, ut pater filius, de quibus verum est quod multiplicato uno multiplicatur reliqum propter suam mutuam convertensiam; alia sunt in non-convertibiliter se habendo, de quibus uno multiplicato non est necesse alterum multiplicari, quia non mutuo se respiciunt ut creator,

8 pluralitatem] pluralitatum *MS.* 35 sunt] se sunt *MS.*

et non dicitur ad creaturam, set creatura ad ipsum. Non sequitur igitur quod si fiat multiplicatio in creaturis quod propter hoc fiat in creatore, quia non est inter ista relatio mutua, ergo propter multitudinem rerum creatarum, non erit multitudo exemplarium in primo. CONTRA: scribitur in *De Causis* quod 'causa prima existit in omnibus rebus secundum dispositionem unam, res autem non existunt in ea secundum dispositionem unam', set secundum aliam; set res sunt in causa prima tanquam in exemplari, ergo illud exemplar non est unum set multiplex, ergo in primo erit multitudo exemplarium. AD IDEM: dicit Commentator supra hunc .11. quod omnes ille forme in materia sunt potentia que sunt in motore primo actu; set plures sunt in ipsa materia potentia, ergo et in motore plures erunt actu; set hujusmodi forme sunt exemplaria rerum, . . . . . ergo etc. SOLUTIO: ad hoc notandum quod tripliciter est exemplar; quoddam est non factum nec elaboratum, et hoc est exemplar ipsius prime cause, quod idem est quod ipsum, et unum simplicissimum penitus et omnino, sicut post-modum videbitur, non factum est, quia non est creatum nec aliquo modo exivit in esse, set est eternum: item, non est elaboratum, quia non est aliunde consitum, nec ex proprietatibus alterius rei transformatum. Secundum est exemplar factum non tamen elaboratum; factum quia creatum est cum eo cujus est, unde innatum est quia ab origine illius et cum eo cujus est exivit in esse; elaboratum non est, quia ut dictum est, innatum est, nec est aliunde consitum, nec ex proprietatibus alterius transformatum, et hic est exemplar intelligentie et anime quantum ad partem agentem. Tertium est exemplar factum et elaboratum;
f. 176a 1. factum quia creatum, elaboratum | quia aliunde consitum, et ex proprietatibus rerum sensibilium transformatum, et est acquisitum, et hoc est exemplar intellectus possibilis. Primum igitur exemplar, scilicet, prime cause, est distinguens, non distinctum, quia componeretur ex distinguente et distinguibili, quod est inconveniens; et ideo maxime est unum; secundum exemplar scilicet intelligentie et anime

12 sunt] supra *MS.* 15 *Blank in MS.*

agentis, est distinctum non distinguens, et ista plura sunt. Tertium est non distinguens nec distinctum set confusum, scilicet exemplar intellectus possibilis, et hoc unitatem et multitudinem recipit secundum ea ex quibus transformatur. Dicimus ergo quod sicut carpentator ad imitationem unius exemplaris facti et elaborati unum specie plura tamen numero differentia potest producere, et primum per unum solum exemplar cum non sit factum nec elaboratum, plura non solum numero set etiam plura specie poterit producere, aliter nulla esset excellentia exemplaris increati ad creatum, quod est inconveniens. ITEM: cum voluntas primi nostre voluntati sit incomparabilis set excellens in infinitum, et nostra voluntas plura specie et numero differentia possit producere, multofortius et voluntas ipsius prime cause.

AD PRIMAM ergo tres ultimas rationes CONCEDO, dicendum quod major vera est de causa universali que est natura, et non de ea que est voluntas, cujusmodi est causa prima. VEL dicendum quod causa universalis voluntaria duplex est; quedam est inter quam et suum factum non cadit continuator differens, et talis est primum; et de tali major est falsa; alia est ubi cadit, et de tali intelligitur major. AD SECUNDAM: dicendum quod major vera est de exemplari distincto, de distinguente autem falsa. AD TERTIAM: dicendum quod major de agente naturali intelligitur, et de illo solum scripta est. AD ILLUD quod fuit annexum: dicendum quod per relationem creaturarum ad exemplar, vel exemplaris ad exemplata, nullo modo possunt esse plura exemplaria, et ad hoc, ut planius veritas perscrutetur modum ponendi exemplarium pluralitatem nunc dicemus. Dicebant enim quidam, quod de exemplari divino est loqui dupliciter; uno modo quantum ad id quod est, et sic est unum simpliciter; alio modo in quantum est exemplar, hoc est in relatione illius ad exemplata; et sic dicunt quod plura. Set hoc est falsum, quia assignant aliquo modo multitudinem in primo, et quod magis est, ipsi sic dicentes dicunt exemplar per relationem creaturarum ad ipsum exemplar vel exemplaris ad creaturas esse multa, non quia multa in se, quia sic esset inconveniens et etiam contra

eorum positionem, set quia est multorum causa, vel a quo multa. Set dicimus quod esse multum, quia multorum principium vel quia ab ipso multa, non est multitudo set potius simplicitas, quanto enim unumquodque simplicius, tanto in pluribus reperitur et plurium est causa, ut patet inducendo in omnibus. Propter hoc due prime rationes hoc probantes conceduntur. AD PRIMAM contra hoc dicendum quod primum existit in omnibus rebus secundum unam dispositionem distinguentem, et etiam res in ipso; non tamen secundum unam dispositionem distinctam, set de esse secundum distinctam dispositionem procedit ratio. AD SECUNDAM: dicendum quod illa propositio Commentatoris non intelligende secundum equalitatem appetituum in materia et equalitatem formarum in mente divina, set intelligitur causaliter, ut prius visum fuit, unde ibi sumitur 'que' pro 'quia', unde forme que sunt in moto in potentia sunt in motore primo, distinguente non distincto, causante non causato.

Tertio QUERITUR utrum exemplaria sint finita vel infinita. Quod sint infinita videtur: potentia primi est infinita, set ydea vel exemplar est ratio producendi que sue potentie attribuitur, unde ydea proprie potentie et exemplar sapientie correspondent, ergo ydee in ipso primo sunt infinite. AD IDEM: quia scientia humana limitata est et corartata, et in ipsa non sunt infinita exemplaria, ergo per locum ab oppositis cum scientia primi sit non limitata nec coartata, in ipsa erunt infinita exemplaria. CONTRA: ad quecunque se extendit sua potentia, ad eadem se extendit sua scientia; et non ad plura, quia unum et idem sunt; set sua potentia non se extendit nisi ad infinita, quia est agens ordinans; ordo autem repugnat infiniti, ergo nec sua scientia extendit se nisi ad infinita, set scit per exempla, ergo exempla erunt infinita. AD IDEM: scientia primi est suiipsius, et omnium rerum que sunt in mundo genere, specie, vel numero differentium; set omnia hujusmodi sunt finita, et etiam ordinata, finita quia infinitum actu nichil est, ut

13 intelligende] *l.* intelligitur. enim *MS.* 24 corartata] *l.* coarctata. 25 in] 30, 32 infinita] *l.* finita.

scribitur *in Physicis*; ordinata quia ipsum supra omnia sicut causa ⟨supra⟩ causatum, et genera supra species, et species supra individua, ergo scientia primi est finita; set scit per exempla ergo exempla finita. SOLUTIO: ad hoc dicendum quod exemplar esse finitum vel infinitum, hoc est dupliciter; uno modo secundum numerum infinita, scilicet quod plura sint quam possint numerari, et sic exemplar primi non est infinitum set finitum cum sit unum, ut visum est; alio modo dicitur aliquid infinitum per simplicitatem, et sic exemplar primi est infinitum, quia ad ejus cognitionem perfectam nullus intellectus creatus elevatur, unde exemplar istud ipsius primi intellectui est finitum, nobis autem per summam simplicitatem est infinitum. AD PRIMAM rationem, duas ultimas CONCEDO; dicimus quod potentia primi uno modo dicitur infinita per simplicitatem; secundo modo quia non limitata vel coartata; tertio modo per privationem terminorum durationis, scilicet a parte ante et a parte post; similiter potentia intelligentiarum et animarum separatarum potest esse infinita non simpliciter set in genere, scilicet per privationem termini a parte post; set quarto modo non dicitur potentia primi infinita, scilicet quia infinitam multitudinem fit productiva, quia propter sapientiam producit ordinata que finita sunt, unde in infinitis non est ordo quia ibi non est prius et posterius, que in quolibet ordine attenduntur. AD SECUNDAM: dicendum quod scientia dicitur infinita dupliciter; uno modo quia infinitorum est scibilium, et sic non est scientia primi infinita nisi dicatur quod est infinitorum scibilium quantum ad res, tamen in se ipsa scibilia et quantum ad primum finita sunt; secundo modo dicitur scientia infinita per summam simplicitatem et nobilitatem, et hoc modo dicitur scientia primi infinita quia non limitata vel coartata, et sic procedit ratio. Set propter hujusmodi infinitatem, non oportet quod sint in sciente infinita exemplaria. Per has tres questiones habitum est utrum primum intelligat per unum exemplar aut per plura, quia per unum; et iterum utrum exemplar istud sit unum substantia vel ratione, quia unum est simpliciter

17 a parte] que *MS.*

penitus et omnino. Et per predicta etiam diligenter speculanti sufficienter reseratum est, cum de ipso ⟨queritur⟩ quomodo est sciens, intelligens, vel cognoscens se et omnia alia cum se, et etiam de eo quo cognoscit, scilicet de exemplari. Inmergit dubitatio ut est cognoscibile, scibile, vel intelligibile ab intellectu creato. Set quia in principio questionum istius libri sufficienter discussum fuit quomodo ab intellectu humano nostro vel possibilius cognoscatur, ad presens relinquimus. Quapropter:

QUERITUR hic primo utrum ipsum primum ab intelligentiis et animabus separatis cognoscatur, intelligatur, vel sciatur. Et videtur quod non: omne quod scitur inductive aut sillogismo scitur, in *primo Thopicorum*; set primum neutro modo scitur, ergo non scitur nec ab intelligentiis nec ab aliis. Minor patet, inductive non scitur, quia inductio est progressus a simplicibus ad universalia; set non est universale habens singularia; nec sillogismo scitur,
176 a 2. quia sillogismus procedit per causam; | sunt enim premisse causa conclusionis, set primum causam ante se non habet. AD IDEM: scribitur *in litera* quod in primo idem est intelligens et intellectum, et etiam ratio intelligendi; set intelligentia non est idem cum primo, ergo intelligentia vel anima non est intelligens primum nec primum intellectum est ab ea. AD IDEM: 'finiti ad infinitum nulla proportio', in .6. *Physicorum*; set intellectus quilibet creatus finitus est. Primum autem infinitum est, scilicet nobilitate et simplicitate, ergo intellectus creati ad primum nulla est proportio; set inter intelligens et intelligibile vel intellectum debet esse proportio, aliter nunquam sciret intelligens, sicut inter visum et visibile, ergo intellectus aliquis creatus ipsum primum non potest intelligere. CONTRA: omne intelligibile presens intellectui intelligitur, nullo extrinseco prohibente. Hoc patet per simile, sicut tunc visibile presens visui, nullo extrinseco prohibente, videtur; set substantia prima cuilibet intellectui est presens, cum sit in omnibus rebus, ut patet in *De Causis*, ergo ab omnibus intellectum habentibus intelligetur. SOLUTIO: ad hoc quod ipse primus ab in-

telligentia vel anima separata cognoscatur .6. modis. Uno modo per quandam collationem et deliberationem sui ipsius ad suam causam; intelligit enim ut creatura, et per hoc intelligit suum creatorem, et tale intelligere inest intelligentie jure sue creationis. Secundo modo quantum ad conservationem; ipsa enim intelligentia intelligens suam conservationem, intelligit illam non esse a se set a suo creatore. Tertio modo quantum ad sue cognitionis illuminationem a sua causa; unde prima causa illuminat cognitionem intelligentiarum sicut oculus materialis lucem, que ipsum illuminat et cognoscere facit, non ignorat set cognoscit. Quarto modo quantum ad virtutes gratuitas quibus ipsa intelligentia perficitur in affectu. Quinto modo per presentiam; quia ipsum primum semper est et ubique, et ita presens cuilibet. Sexto modo quantum ad hoc quod ipsum primum, quod est speculum eternitatis, per gratiam creatis intelligentibus se detegit, et hoc secundum ordinem cognitionis in majori et minori appropinquatione se humanum ad ipsum. AD PRIMAM rationem, dicendum quod major intelligitur de scientia a rebus causata. VEL dicendum quod duplex est inductio; quedam est progressus singularium ad suum universale, et de illis predicatur, et talis inductio non fit ad primam substantiam, et de hac procedit ratio; alia est inductio plurium effectuum ad unam causam universalem, et talis inductio potest fieri ad primam causam. SECUNDA ratio solvitur per illam questionem qua dicitur utrum ratio intelligendi intelligentiam de primo et ipsum primum sint unum et idem. AD TERTIAM: dicendum quod duplex est comparatio intellectus creati, scilicet intelligentiarum, ad intelligibile; una est comparatio vel relatio in comprehendendo totam veritatem rei conspicere, et hoc modo intelligentia non comprehendit primum, et hoc modo procedit argumentum; set ea que sunt juxta se vel sub se potest comprehendere. Alia est comparatio vel relatio intelligentiarum ad intelligibile in apprehendendo, est enim apprehendere non totam rei veritatem conspicere, set aliquam rei proprietatem, et ita in minus quam comprehendere,

12 ipsa] ipso in *MS.* 18 se] *l.* secundum.

et hoc modo intelligentia potest apprehendere primum, et similiter anima separata.

Secundo QUERITUR utrum prima causa per se intelligitur ab intelligentia. Et videtur quod sic: omnis substantia que sub ratione boni ab intellectu practico per se diligitur subiciendi ab intellectu speculativo quia per se cognoscitur, quia omnis delectatio sequitur cognitionem. Set prima causa ab intellectu practico ipsius intelligentie per se diligitur, quia est optimum, et ita delectissimum, ergo ab intellectu speculativo intelligentie per se cognoscitur. CONTRA: quod per se cognoscitur per causam cognoscitur, ut patet inducendo in qualibet .4. modorum de per se; set primum non habet causam qua cognoscatur et diligatur, ergo per se non cognoscitur. Et propter hoc, antequam solvamus:

Tertio QUERITUR utrum delectatio vel amor prime cause ab intelligentia excellat cognitionem. Et videtur quod non: dicit ... quod voluntas crescit in amorem, amor in caritatem, caritas in sapientiam, ergo plus erit creatoris sapientia in deo vel cognitio, quam amor vel delectatio quia propter unumquodque tale, et illud magis. AD IDEM: in eodem fulgor et ardor consistens plus difunditur fulgor quam ardor, ut patet in igne. Ignis enim plus, et longius illuminat per suum fulgorem quam per ardorem comburat; set fulgor inest ipsi intellectui speculativo, ardor ipsi practico ergo magis erit fulgor et cognitio que est ipsius intellectus speculativi quam delectatio que est practici vel ardor. AD IDEM: quod equalis sit cognitio et delectatio ipsius prime cause ab intelligentia videtur; scribitur enim in *De Causis* quod quantum cognoscit unumquodque tantum diligit. AD IDEM: scilicet, quod cognitio excellat videtur. Dicunt sancti quod visio dei est tota merses; set visio speculativa attribuitur, ergo cognitio vel visio magis est delectatione, quia delectatio non est tota merses, sicut cognitio vel visio. CONTRA: magis est delectativum ex dilectione procedens quam ex cognitione quam illam excellit, ergo sua delectatio excellet cognitionem. Probatio prime, delectatio dilectionis est dei fruitio; set delectatio cognitionis est ipsius affectus. Set magis est delectatio

fruendo quam solum aspiciendo. De sapientia et omnipotentia dei satis prius dictum est. SOLUTIO: ad primam questionem, dicendum quod per se cognosci aliquid, hoc est dupliciter; uno modo quia seipso cognoscitur et non per aliud, et sic per se cognoscitur causa prima ab intelligentia; alio modo quia cognoscitur per causam, et hoc modo loquitur de per se in *primo Posteriorum*, et hoc modo non cognoscitur prima causa. Per hoc solvuntur rationes diversis viis procedentes. AD SECUNDAM questionem, dicendum quod dilectio, amor, vel caritas, excellit cognitionem, et delectatio dilectionis excellit delectationem apprehensionis, quia illa consistit in fruitione istarum autem que est, scilicet delectatio cognitionis in sola contemplatione consistit, et si contemplatio et fruitio idem fuit, tamen contemplatio ratione qua fruitur delectabilior est quam secundum quod contemplat et etiam intimior, unde dilectatio finis est cognitionis respectu ejusdem, et sibi dilectio dilectionis, scilicet que in fruitione consistit finis et complementum delectationis cognitionis que est in contiₒnendo solum, unde ipsum summum bonum propter se diligitur. Set propter se non cognoscitur, set propter dilectationem et ulterius propter fruitionem, in qua est status habitus omnis creature. AD PRIMAM rationem, igitur, dicendum quod sapientia uno modo dicitur a 'sapore' et sic idem est quod dilectatio; et hoc modo intelligitur auctoritas, et de hac non procedit ratio; unde saporis est fruitio, unde sicut gustus fruitur sapore similiter sic intellectus practicus sapore intelligibili. Alio modo est sapientia, non a 'sapore' dicta set idem et scientia, et distinguitur contra dilectationem, et de hac procedit ratio. AD SECUNDAM: dicendum quod plus extenditur fulgor et apprehensio vel cognitio, quia in pluribus sicut ponebat ratio; set ardor et delectatio major est, non quia in pluribus, set quia intentior et intimior. AD TERTIAM: dicendum quod quando dicitur in *De Causis* quod quantum cognoscit unumquodque tantum diligit, li 'quantum' et li 'tantum' non sumuntur secundum equalitatem cognitionis et delectationis quia bonum maxime diligitur, malum tamen minime, utrumque

tamen equaliter potest cognosci, set dicunt quiditatem; unde sensus est 'quantum unumquodque' et est 'et que cognoscit diligit'. Set Nota quod duplex est dilectio; quedam cum aspectu tantum et hec est dilectio inpropria, et hec est dilectio malorum, et de ista dicitur quod omne quod cognoscitur in eo quod cognoscitur quodammodo diligitur; alia est dilectio que est cum aspectu et affectu, et hec est propria, et hec est contemplativa, et talis est dilectio bonorum. AD QUARTAM: dicendum quod cum dicitur visio est tota merses, ibi non attribuitur visio proprio nomine, set prout dicit aspectum; set extenditur nomen, et accipitur pro dilectione cum aspectu et affectu que est contemplativa que ratione
f. 176b 1. qua intimior fruitio est, et hec est | merses que est status appetitus omnis creature, cujus gratia agunt omnia quecunque agunt actione recta ratione regulata, cujus etiam gratia ipsius principii eternalis summi boni conditiones vel proprietates cum perscrutamur, que tantum idem cum ipso sunt, ut est etiam ipsis mediantibus ad ejus cognitionem prout possibile, accedemus de cognitione ad timorem et diligendum, quibus omnibus intellectualis non totum demergo, set de gratia illius gloriosissimi fruitione diversissima ac manifestabili in perpetuum gaudebimus, a quo omnia, per quem omnia, ad quem omnia, qui est benedictus per infinita secula seculorum.

*Expliciunt questiones supra undecimum prime philosophie Aristotelis.*

21. demergo] *l. forsan* de mercede.

# DE XI° LIBRO

# DE XI° LIBRO

f. 74a 2.

CONSIDERATIO etc. Primo queritur utrum possit esse consideratio vel scientia de substantia. Et videtur quod non: quoniam scientia est habitus per demonstrationem acquisitus; set substantie non est demonstratio, ut dicitur in *secundo Posteriorum* et Commentator in .6°. *Methaphysice*; quare de substantia non est consideratio vel scientia. CONTRA: propter quod unumquodque et illud magis; set accidentia sciuntur et demonstrantur per substantiam; ergo ipsa substantia magis potest sciri. QUOD CONCEDENDUM. Unde dicendum quod scientia multipliciter potest considerari: uno modo est scientia comprehentio absoluta veritatis cujuslibet rei, sive contingentis sive necessarie; secundo modo est scientia comprehentio veritatis rei necessarie infallibilis, et hoc sive sit per causam sive non, et hoc convenit tam principiis quam principiatis; tertio modo est scientia comprehentio veritatis rei necessarie per causam. Et hoc dupliciter; aut per causam eandem tantum, aut per eandem et alteram. Si per eandem, sic sumitur substantie composite; si ⟨per⟩ eandem et alteram, hoc dupliciter est; aut ex hiis causis natum est fieri unum per essentiam, et sic cognoscuntur vel sciuntur forme substantiales omnes, aut ex hiis non est natum fieri unum per essentiam, set solum secundum esse actuale vel subjectum, et sic accidentia sciuntur. Et hoc ultimo modo est scientia habitus conclusionis demonstrative: quia cum accidens demonstratur in medio, ponuntur principia propria ejusdem generis et principium alterius, scilicet, subjectum vel eius principia, quoniam diffinitiones accidentium fiunt per additionem alterius generis, ut dicitur in .7°. *hujus*. Verumptamen quidam aliorum modorum sunt nobiliores, sicut modi sciendi principia nobiliores sunt quam modi sciendi conclusiones, et ideo scientia potest esse de substantia sive cognitio et

nobilius quam accidentia sicut substantia est nobilius ens. Unumquodque autem sicut se habet ad esse, ita se habet ad cognitionem sive veritatem *primo Methaphysice.* Maxima autem dubitatio utrum substantiarum possit esse dubitatio, et magis videtur quod sic quam quod non, quamvis Commentator dicat quod non, sicut alibi habet inquiri.

Consequenter QUERITUR de hiis que dicit actor ibi: *Et sermo de istis* ⟨*modis*⟩ *duobus est naturalis, etc.*, id est, de substantia sensibili et mobili que est corruptibilis et de substantia incorruptibili immobili, cujusmodi est celum, quoniam utraque est cum motu, ut dicit et ista substantia immobilis spiritualis, scilicet, alterius est considerationis. Et dat causam, dicens ‘quia’, id est, quia non habent unum principium commune; et ita vult quod substantia mobilis non communicet in aliquo principio cum substantia immobili. Quod videtur esse falsum, quoniam hoc dupliciter potest intelligi; aut quia substantia spiritualis sive immobilis non habeat principia conponentia, imo omnino simplex ⟨sit⟩; aut quod habeat, non tamen eadem. Set primum falsum est, ut patet; quoniam ⟨ut⟩ substantia incorporea, que immobilis est, sit species substantie, oportet quod participet naturam sui generis et principia illius, et ita cum generatio substantie sit substantia composita ex materia et forma, ut dicit Boetius, patet quod omne quod est in genere substantie, ut species, habet compositionem ex materia et forma. Similiter quod secundum sit falsum patet; quia sic due erunt prime materie et due forme prime: quod est inconveniens, quia in unoquoque genere est ponere unum minimum via resolutionis in quo est status in resolvendo, et ita de necessitate est una materia prima, et forma similiter una prima, in qua conveniunt substantie mobiles et immobiles. AD HOC dicendum quod sermo iste potest intelligi de causa vel substantia prima, que est substantia immobilis omnino, et tunc est hoc verum, quia non communicat in aliquo principio, eo quod nullum principium habet, set est simplicissimum in termino cui nullum genus compositionis convenire potest; aut potest intelligi de aliis substantiis immobilibus, ut de intelligentiis, et animabus separatis, que

sunt immobiles et composite, ut probat ratio: unde non sic de hiis potest verificari sicut de causa prima. Set dicendum quod secundum substantiam et essentiam principiorum conveniunt cum substantiis mobilibus, licet non secundum esse. Actor autem loquitur de convenientia in principiis secundum esse et non secundum essentiam. Una tamen est materia prima secundum essentiam, et est substantia nuda eadem per essentiam in hiis et in illis, et quicquid super eam additur forma est et non materia.

Consequenter dubitatur circa executionem, et quia ipse loquitur | de exitu substantiarum et rerum sensibilium sive f. 74b 1.
naturalium in esse, ideo QUERITUR primo de hoc, et secundo de principiis substantiarum sensibilium, quia de hiis loquitur actor in principio *hujus .xi*$^{i}$.; ut per cognitionem substantie sensibilis et suorum principiorum transeat immediate ad perscrutandum aliquid de substantia eterna, sive de substantiis separatis, de quibus specialiter intendit et principaliter in *hoc .xi*$^{o}$.

De exitu autem rerum primo DUBITATUR utrum vere forme rerum sint in primo antequam in materia producantur. Et videtur quod sic: quoniam, sicut dicit hic Commentator, quidquid est in potentia in materia prima est actu in motore primo; ergo etc. ITEM: objectum nostri intellectus est denudatum a materia sive immateriale; set vere forme rerum sunt objectum nostri intellectus; quare sunt sub esse illo immateriali in nostro intellectu, quia illud esse immateriale non habent in materia; set verius habet eas intellectus cause prime; ergo patet quod vere rerum forme sunt in ipso. CONTRA: quod est vel fuit in primo nunquam a primo exivit; si ergo vere rerum forme in ipso fuissent, nunquam postea in materia fierent, et ita res non essent. AD HOC dicendum, ut quidam ponunt, quod vere forme rerum sunt in primo et etiam in rebus, quoniam tamen diversimode: quia prout sunt in primo sunt idem quod ipsum, et habent esse intransmutabile; prout autem in rebus sunt, habent esse aliud, scilicet, transmutabile, et sunt ab ipso diverse. Set hoc non est conveniens ponere, quoniam primum creat res extra suam substantiam. IDEO

20 primo] potentia *MS.*

dicendum quod vere forme rerum in ipso non sunt, set similitudo illarum sive ydea, et est una ydea respectu omnium rerum, et est idem quod sua substantia, que est ydealis. AD OBJECTUM primum: dicendum quod res possunt dupliciter considerari; aut sub esse ydeali, et sic procedit ratio Commentatoris, aut sub esse reali et vero, quod est esse causati in quantum hujusmodi, et sic non sunt in primo. AD ALIUD: dicendum quod quidam ponunt similiter quod vere forme rerum sint apud intellectum. Ponunt enim quod universale in intellectu vel anima habeat esse et non alibi; quod non est verum, imo universale in rebus est: est enim unum in multis, ut dicit Aristoteles in libro *Posteriorum* et *primo Methaphysice*; cujusmodi autem similitudo est in anima. AD OBJECTUM ergo dicendum quod objectum denudari a conditionibus materialibus dupliciter potest intelligi; aut secundum rem, aut secundum suam speciem: primo modo non oportet, secundo modo oportet ⟨objectum⟩ intellectus nostri denudari: ejus enim species primo in sensu recipitur et defertur usque ad ymaginativam, et tunc illuminatur ab agente et denudatur a conditionibus materialibus, et unitur intellectui possibili. Hujusmodi autem species sive ydea sub esse nobiliori in infinitum habet esse in primo.

Habito quod vere forme rerum non sunt in primo, set solum ydea vel similitudo, QUERITUR utrum producantur in materia immediate a causa prima. Videtur quod sic; quoniam potentia ejus infinita est. Cum ergo producere res immediate in materia sit actus aliquis sive finitus sive infinitus, poterit ab hujusmodi potentia educi, quia potentie infinite nichil resistit. ITEM: nulla virtus finita agit in instanti, quia sic infinita imminuiri: quod non est ponere, ut dicitur *sexto Physicorum*; set forma substantialis educcitur in esse in instanti; ergo patet quod eductio forme substantialis rei naturalis non est a virtute finita, set ab infinita; set nulla virtus est infinita nisi virtus primi; ergo educitur a virtute primi immediate. ITEM: libro *De Causis*, 'prima causa est in omnibus rebus secundum dispositionem unam'; set aliquorum formas producit immediate, ut corporum

superiorum et intelligentiarum; ergo et omnium rerum, et ita producit formas omnium rerum naturalium immediate. Set CONTRA: potentie infinite non prejacet materia, hoc enim derogaret ei; set forme rerum naturalium educuntur ex materia prejacenti; quare non producuntur in materia rerum immediate a causa prima. AD HOC: dicendum quod non producuntur ab ipso immediate, set a natura que existit ex suppositione materie. AD OBJECTUM: dicendum quod licet sua virtus vel potentia sit infinita secundum se et a parte sua, non tamen in productione rerum naturalium secundum quod infinita, set secundum exigentiam ipsius recipientis, et quia natura est virtus finita, ideo recipitur modo finito. AD ALIUD: dicendum quod contingit loqui de exitu forme naturalis dupliciter; aut quoad ultimam inductionem ejus in materia preparata et disposita, et sic verum est quod sit in instanti; comprehendendo ultimum ejus exitum et transmutationem precedentem per quam disponitur materia, et sic | non est verum quod fiat in f. 74 b 2.
instanti, quoniam preparatio illa sive transmutatio precedens ultimum ejus exitum successiva est et in tempore, et potest dici generatio communiter loquendo de generatione prout non solum mutationem, set etiam ut motum sive omnem transmutationem precedentem esse naturalis forme nominat. Unde cum dicitur 'nulla virtus' etc., verum est tempore non precedente, set ultimum exitum forme naturalis precedit transmutatio que fit in tempore, ut visum est. AD ALIUD: dicendum est quod verum est a parte sua. Tamen quia res non recipiunt ipsum equaliter, ut ibidem dicitur, ideo non valet; unde diversitas est a parte recipientium. Quedam enim res propter sui nobilitatem a natura produci non possunt, ideo oportet quod ab agente supra naturam producantur, hec autem est causa prima; alie minus nobiles possunt a natura produci, et non oportet quod immediate a primo, ut iste res naturales inferiores. Unde causa prima respectu innobilium est causa universalis solum, respectu autem nobilium, ut animarum et intelligentiarum, est causa particularis propter nobilitatem illarum rerum.

Item QUERITUR utrum intelligentia possit in productionem rerum naturalium sive formarum naturalium immediate. Et arguo: causa prima, eo quod est virtutis infinite, non producit eas immediate propter improportionem etc., quare, cum intelligentia sit eis proportionalis, quia virtutis finite, sicut et res, videtur quod eas immediate producere possit. ITEM: intelligentia equaliter se habet ⟨ad⟩ omnes; cum ergo respectu quarundam sit agens immediatum, ut respectu putrefactorum, patet quod potest respectu omnium, et ita est agens immediatum respectu omnium naturalium formarum. CONTRA: nullum immateriale transmutat materiale nisi mediante materiale, ut dicit Commentator .7. *hujus*; set intelligentia est virtus immaterialis sive substantia, ⟨est⟩ enim de numero substantiarum separatarum; ergo patet quod non transmutabit hec inferiora materialia et corruptibilia nisi mediante et corporali. QUOD CONCEDENDUM: oportet enim corpus celeste ponere medium, cujus ipsa intelligentia est motor, quo mediante hec inferiora transmutat; et aliter non posset, et inde est quod ydee platonice non sunt cause productionis rerum, quia non sunt motores orbium, supposito quod sint. AD PRIMUM quod obicitur dicendum quod, licet intelligentia sit virtus nobilis et finita, non tamen oportet quod omnes immediate producat: quia quedam sunt nobiles, et respectu talium non sufficit virtus intelligentie, set exigitur agens particulare, ut asinus, et leo, et hujusmodi animalia perfecta, et respectu talium est intelligentia agens universale solum; alie autem sunt minus nobiles, ut putrefactibilia, ut vermes, musce, et hujusmodi, et respectu talium sufficit virtus celi et intelligentie, et idem faciunt quod particulare in aliis; idem est enim virtus celi et intelligentie in materia putrefacti quod facit virtus ipsius patris in semine, ut dicitur .7. *hujus* a Commentatore: unde nunquam valet argumentum per naturam oppositionis, quando utrumque extremorum sub eodem continetur; sic autem est in proposito: quoniam tam virtus finita quam infinita producit alio mediante, ut per se patet. Per hoc patet solutio ad aliud: quoniam, licet quedam immediate,

1 utrum] *iter. MS.* 3 non] *iter. MS.*

ut generata per putrefactionem, non tamen omnia, imo quedam propter suam nobilitatem exigunt preter agens universale extra, quod est intelligentia vel celum, aliud agens univocum extra, sicut illa que per propagationem generantur.

Consequenter QUERITUR utrum forme rerum naturalium producantur penitus ab intrinseco, vel ab extrinseco omnino, vel modo medio. Et videtur quod non ab extrinseco: quoniam sic esset ponere datorem formarum et sic essent omnes forma; nec ab intrinseco penitus, quia sic esset latitatio formarum. Aut ergo forme latitarent in eadem parte materie, quod non contingit, quia sic contraria essent in eadem parte materie; aut in diversis, quod non oportet similiter, quia una forma sufficit ad perficiendum quamlibet partem materie et non oportet quod diverse, ut forma animalis quamlibet partem eius perficiat. ITEM: si ibi latitarent actu, solum indigerent solvente prohibens, et ita seipsis possent in actu educi absque aliquo extrinseco agente, quod est inconveniens et contra illos qui hoc ponunt, ut Anaxagorei: ponunt enim intellectum segregare hujusmodi formas latitantes in materia. CONTRA: forma substantialis non habet partem et partem: aut ergo tota ab extrinseco aut tota ab intrinseco, et non partem sic et partem sic. ITEM: forma exit in esse per agens universale et particulare; set ista sunt extrinseca; quare immittunt suas species ab extrinseco; quare penitus ab extrinseco et sic totaliter. ITEM: forme sunt ab extrinseco: aut ergo sunt ibi actu aut potentia; si primo modo, accidit opinio Anaxagore, qui | ponit latitationem formarum in actu; si f. 75a 1.
secundo modo, aut ergo sunt in potentia receptiva aut activa; si in potentia receptiva, tunc adhuc sunt ab extrinseco, quare ei respondet dator forme sive creator: in activa esse non possunt, quia efficiens et materia non coincidunt; et ita patet quod non possunt esse ab extrinseco hujusmodi forme. AD HOC: dicendum quod opinio Aristotelis est media: frequenter enim esset medium. Et hoc sic intelligendum: quoniam forma naturalis, quantum ad illud mediante quo exit in esse, ab extrinseco est, immittitur enim

virtus ab agente extra. Quantum autem ad illud quod producitur in esse, est ab extrinseco omnino, non sicut possuit Anaxagoras, ita quod sunt ibi in actu, set in potentia activa, que est forma incompleta que, excitata per illud quod immittitur extra ab agente universali vel particulari vel utroque, fit forma rei completa. Et per hoc patet primum, quoniam bene procedit. AD ALIUD: dicendum quod, loquendo ut Anaxagoras, non sunt ab extrinseco, set, sicut dictum est, sunt in potentia activa ipsius materie que est in qualibet parte materie: unde nos ponimus formas plures esse in potentia activa, vel unam actu aliam potentia. AD ILLUD quod obicitur contra hoc, dicendum quod forma substantialis secundum suam substantiam penitus est ab intrinseco, set quoad illud mediante quo exit in esse, est ab extrinseco. PER HOC patet solutio ad aliud; quoniam, licet illud quod immittitur sit ab extrinseco, non tamen oportet quod forma sit ab extrinseco: quoniam illud quod immittitur ab agente non sit forma rei, set est solum virtus vel species sive similitudo ipsius agentis, que excitat potentiam activam in materia: unde non est tota materia nec est forma nec pars forme, set est aliquid mediante quo exit forma rei naturalis in esse completum, quia completa generatione, vel evanescit vel continet et conservat formam in materia, illud enim quod ab agente particulari immittitur nunquam separatur a re, set completa generatione conservat et continet formam generatam in materia, sicut planius patet in prima propositione *De Causis*, in commento. AD ALIUD: dicendum quod est in potentia activa solum que est forma rei sub esse incompleto; est tamen tota essentia forme fiende que per virtutem agentis immissam ab extrinseco in actum completum ducitur: unde per generationem nichil additur de puritate essentie forme, set solum additur esse completum essentie illius forme. AD ILLUD quod contra hoc objicitur, dicendum quod est loqui de eodem simplici vel composito: in eodem simplici non coincidunt, ut in materia omnino nuda, set in compositum bene coincidunt ut patet in Sorte, ut dicitur in .5°. et alibi. In semine enim

24 nunquam] nonquam *MS. hic et alibi.*

est potentia activa et etiam materia, materia enim naturalis non omnino nuda, set est ibi materia et potentia activa: corpus enim elementare est materia naturalis, et in eo est substantia materie et forma corporis, que est potentia activa que ad esse completius ordinatur, ut patet *primo Physicorum*, ubi proprie de hiis queri habet. Si autem dicatur quod actor, cum dicit illud verbum, loquitur de materia naturali, *secundo Physicorum*, unde parum post exemplum ponit de semine; dicendum est tunc quod duplex est efficiens, intra et extra; efficiens extra non coincidit in eodem numero cum materia, ut homo vel sol, de hiis enim ponit exemplum, efficiens autem intra, quod est potentia activa, bene potest, sicut visum est in semine.

Consequenter QUERITUR quomodo res multiplicari habent, cum tria precedant ipsam rem fiendam, scilicet materia, et potentia activa, et efficiens; queritur quid istorum sit causa multiplicationis rerum secundum speciem. Videtur quod non efficiens: quoniam efficiens est unum et idem secundum speciem; set idem, manens idem, semper natum est facere idem; ergo etc. ITEM: non materia, quia materia est eadem secundum speciem in omnibus, et iterum non causat multiplicationem vel diversitatem nisi secundum numerum. ITEM: non potentia, quoniam potentia activa nunquam materiam derelinquid; materia autem, ut dictum est, non causat multitudinem secundum speciem. ITEM: materia defert potentiam ut subjectum deffert accidens; set accidens numeratur a numeratione subjecti, ergo secundum numerationem materie erit numeratio potentie active; set materia non est principium numerationis sive diversitatis secundum speciem, set solum secundum numerum; ergo nec potentia activa. CONTRA: si efficiens est unum et materia una et potentia activa una, ergo non producitur nisi unum: quod falsum est; ergo oportet ponere quod alterum istorum sit causa diversitatis. Et hoc innuit actor *in litera*: vult enim quod, si non differrent a potentia activa materie, non fieret nisi unum. AD HOC dicendum quod duplex est potentia in materia, scilicet receptiva et activa; prima non causat diversitatem secundum speciem, set secundum numerum solum, quoniam

nunquam materiam derelinquit, que causat diversitatem secundum numerum in rebus ; secunda autem, scilicet activa, causat multiplicationem rerum secundum speciem. Illa autem potentia activa una est unitate generis secundi, a quo incipit natura, scilicet corporis, est ergo una unitate generis
f. 75 a 2 subalterni a quo incipit natura, scilicet corporis, vel etiam unitate generis generalissimi, quoniam idem est illa potentia activa quod forma primi generis, quod est substantia prout est sub signato secundi generis. Et hec potentia, que minime de unitate habet, ideo ramificatur in diversa secundum speciem et potest per agens extra, universale et particulare vel universale tantum, descendere in diversas species et etiam in diversa genera subalterna, ut in corpus mixtum, et postea in animatum, et post in sensibile, et sic ulterius, et ita est causa multiplicationis rerum secundum speciem eo quod minime de unitate habet : est enim multa in potentia, ut visum est. AD ALIUD quod primo obicitur, dicendum quod procedit de passiva potentia sive receptiva : hec enim totaliter sequitur naturam materie, nec est causa multiplicationis rerum secundum speciem, set solum secundum numerum sicut et materia. AD ALIUD, quod probat similiter de potentia activa, dicendum est quod sine dubio potentia activa est in materia, set de eo quod sic est in materia est loqui dupliciter, sicut patet de accidente ; accidens enim potest considerari per comparationem ad subjectum suum in quo est, et sic numeratur ad numerationem subiecti sui ; vel quantum ad suam essentiam naturaliter multiplicabilem, et sic potest multiplicari in plures species cum sua essentia sit multiplicabilis in species : scientia Sortis per comparationem ad ipsum una est secundum numerum, considerando tamen suam essentiam potest multiplicari in species diversas etiam in ipso Sorte ; unde potest habere gramaticam, logicam, et sic de aliis ; unde accidens non solum numeratur a subjecto, set etiam a specie vel tempore, ut innuitur ⟨ ⟩ *Physicorum*. Ita est de potentia accidentis que est in materia, quoniam licet subjectum quantum ad comparationem quam habet ad materiam non posset sic

14 animatum] anima tamen *MS.* 35 *Blank in MS.*

diversificari in species, tamen considerando eius essentiam que sic multiplicabilis est in diversas species per naturam propriam, cum sit una essentia etc., ut visum est, potest esse causa multiplicationis rerum secundum speciem. Non tamen intelligendum quod illa potentia activa sit accidens respectu materie, imo forma substantialis, licet incompleta, differens a materia per essentiam sicut et forma completa, quoniam ejusdem est essentie cum forma completa, sic enim forma completa per additionem alicujus esse quod per generationem acquiritur, ut planius habet manifestari *primo Physicorum* et *secundo De Generatione.*

Consequenter DUBITATUR utrum eadem sint principia substantiarum et accidentium. Et videtur quod sic: *primo Physicorum,* materia et forma sunt causa omnium accidentium; set materia et forma sunt principia substantie; quare eadem etc. Forte dicetur quod principia substantiarum sunt principia accidentium remota, non propinqua: CONTRA; sumamus aliquod accidens; aut illud immediate causatur a substantia aut non: si sic, habeo propositum; si non, causatur ab accidente aliquo, set de illo quero similiter: aut a substantia aut ab accidente, et sic in infinitum. Aut dabitur quod accidentia immediate a principiis substantie causantur, unde sumamus primum accidens; ponere necesse est, ut videtur, quod a substantia causetur inmediate, cum nullum accidens ipsam precedat. ITEM: manens idem semper natum est facere idem; set hujusmodi principia, scilicet materia et forma, semel faciunt substantiam; ergo semper faciunt, et ita non erunt principia respectu accidentium. ITEM: principia immediata sunt unigena principiatis; set principia substantie substantie sunt; quare non erunt principia accidentium immediata. AD HOC dicendum quod, loquendo de principiis intrinsecis accidentis, sic sunt diversa per essentiam principia substantie et accidentis, eadem tamen secundum proportionem, sicut dicit actor, quia de hiis loquitur *in litera.* Unde sicut principia substantie intrinseca sunt materia, et forma, et privatio, ita in accidentibus est ponere aliquid materiale et aliquid formale et aliquid privativum, et hec sunt eiusdem generis cum ipso

accidente: illud enim est, scilicet genus, differentia vero nobilior formale, innobilior privatio vel privatorium; loquendo autem de principiis extrinsecis accidentium, dicendum quod sunt eadem, scilicet materia et forma: hec enim sunt prin-
f. 75 b 1. cipia intrinseca et immediata | substantiarum, sunt autem extrinseca et immediata accidentium; aliter enim esset procedere in infinitum, ut probat quedam ratio. Unde prima ratio et secunda procedunt, quoniam illa eadem que sunt principia substantiarum intrinseca sunt extrinseca principia immediata respectu accidentium. AD ILLUD quod obicitur in contrarium, primo dicendum quod illa principia manent eadem secundum substantiam, non tamen in ratione cause, et principaliter quia sunt principia intrinseca substantiarum, sunt autem principia extrinseca accidentium: unde etiam quoad immediationem ideo est diversitas, quia utriusque sunt principia immediata, set diversitas est quoad rationem principii et cause, que est intrinsecum et extrinsecum. AD ALIUD: dicendum quod illa propositio vera est de principiis intrinsecis tantum. Patet etiam quod accidentia habent materiam in qua, scilicet substantiam, et ex qua, que est ejusdem generis et nature cum ipsis accidentibus, scilicet proprium genus quod est materia vel materiale principium ipsorum, differentia vero nobilior illius generis est forma, alia autem privatio. Et de hiis principiis intrinsecis accidentium loquitur actor, cum dicit quod eadem sunt secundum proportionem cum principiis substantie, licet non de materia intrinseca ipsorum non explicet; hic forte est quoniam non est facile assignare hujusmodi materiam intrinsecam sive ex qua in accidentibus: ideo posuit de alia, ut perciperet addiscens.

ET QUIA SUBSTANTIE SUNT TRES, QUARUM DUE SUNT NATURALES.

Superius determinavit actor de principiis substantie sensibilis et mobilis; hic determinat de substantia eterna immobili sive de substantiis separatis. Et primo QUERITUR utrum causa prima moveat celum, sicut videtur actor innuere. Et

19 tantum] totum *MS.* 31 tres] entes *MS.* 32 naturales] nobiliores *MS.*

videtur quod non: quoniam operatio egreditur a virtute ut a causa; set effectus atestatur sue cause, ergo operatio virtuti; ergo, si operatio divisibilis, et causa debet esse divisibilis; set motus celi divisibilis est, causa prima indivisibilis; quare non potest movere celum, vel celum non movet. ITEM: ejus virtus est infinita; set infiniti ad finitum nulla est proportio, .8 *Physicorum*, motoris ad mobile debet esse proportio. ITEM: virtus finita agit in tempore; set cujuslibet temporis ad tempus est proportio; quare infinita virtus non aget in tempore, cum nullam habeat proportionem cum finita; set omnis motus in tempore, quare non fit a causa prima cum ejus virtus sit infinita. AD HOC dicetur quod virtus ejus secundum se infinita est, non tamen prout in rebus recipitur, set recipitur secundum modum recipientis. CONTRA: sua virtus aut tota recipitur in recipiente, aut non: si sic, habeo propositum quoniam tunc modo infinito recipitur; si non, ergo particularis est, cujus contrarium habetur in *De Causis*. ITEM: magis est potentia receptiva in ente respectu potentie vel veritatis primi infinite quam in nichilo; set nichil bene potest recipere potentiam intensam et infinitam primi, ut patet in creatione: creat enim res ex nichilo; ergo multo-fortius ipsum mobile, cum sit ens; et ita ipsum mobile potest suscipere virtutem primi infinitam secundum intentionem operantem; set virtus infinita operatur in instanti; ergo patet quod causa prima non movet celum, cum ejus motus non sit in instanti, set in tempore. CONTRARIUM dicit actor hic, et etiam hic dicit: 'Principium enim et primum eternum non movetur nec essentialiter nec accidentaliter, et movet et facit primum motum eternum'; set idem in *De Celo*, quod causa prima movet causatum primum. QUOD CONCEDENDUM. AD PRIMUM: dicendum quod virtus in finito respondet in proprietatibus suo causato, eo quod limitata est ad tale causatum producendum, virtus autem infinita se habet indifferenter ad quodlibet causatum; set virtus primi infinita, ideo non oportet quod conformetur in proprietatibus suis causatis, nec e contrario; imo ipse, cum sit unus, producit multa et etiam, licet indivisibilis omnino, producit indivisibilia, | unde propositio illa vera est de virtute f. 75 b 2.

finita et ejus effectu. AD ALIUD: dicendum ut prius, quia licet ejus potentia sit infinita, tamen modo finito recipitur. Ad illud quod obicitur in contrarium, non secundum partem, set secundum se totum, cum sit indivisibilis. Et cum arguitur ulterius, 'secundum se totam est infinita illa virtus, ergo ad hoc modo finito et ut infinita recipitur', dicendum est quod non valet: licet enim secundum se totam recipiatur in mobili vel in aliam creaturam, non tamen totaliter, et solum comprehenditur a recipiente secundum ejus possibilitatem. Et patet simile de puncto: potest enim punctus diversas lineas terminare et in qualibet linea totus sumitur punctus, cum sit indivisibilis, non enim habet partem et partem; non tamen totaliter sumitur a qualibet, quoniam si ab una totaliter comprehenderetur, nunquam aliam terminaret. Et ita est in proposito: quoniam causa prima sive ejus virtus tota in rebus recipitur, non tamen totaliter, set modo finito et secundum rerum possibilitatem. AD ALIUD: dicendum quod nichil potest dupliciter considerari; aut ut est pura negatio, aut ut est terminus infinitus; primo modo est vera major, quoniam nichil sic sumptum nunquam eius actionem terminat: non enim creat res ex nichilo per potentiam nichili ita quod nichil sit ejus materia super quam operetur; set creat ex nichilo ut est pura negatio, ita quod sit sensus: ex nichilo, id est ex nulla re; secundo modo est minor vera, quoniam ex nulla re sive post nullam rem creat aliquid, scilicet cum hec sit pure negativa, nunquam ex ipsa aliquid sequitur. Et sic patet quod equivocatio erat in argumento.

Habito quod causa prima moveat celum, QUERITUR utrum moveat ipsum sicut efficiens. Videtur quod non: quoniam efficiens movetur a fine; set causa prima nec per se nec per accidens movetur; quare etc. ITEM *xviii*° *De Animalibus*: si operatio corporalis est, principia ejus sunt corporalia; ergo, cum motus sit corporalis operatio, ejus principia sunt corporalia; set causa prima omnino est incorporalis; quare non movet nec etiam aliquid corporale. ITEM: *secundo Methaphysice*: immateriale non transmutat materiale; ergo

29 quod] *iter. MS.*

cum primum sit omnino immateriale etc. CONTRARIUM dicitur hic, et patet etiam, quoniam omnis causa primaria plus influit in causatum quam causa secundaria, et ita primum habet rationem influendi; set ratio influendi est ratio efficiendi, quia efficientis proprie est influere in quantum hujusmodi; cum ergo habeat rationem influendi respectu motus celi, quod habebit etiam rationem efficiendi; quare movet ipsum ut efficiens. QUOD CONCEDENDUM EST. AD PRIMUM: dicendum est quod causa prima nec per se nec per accidens movetur vero motu, set bene potest motu methaphorico sicut finis; unde bona facit quia bonus, ut dicitur in *Thymeo*: sua enim bonitas movet ipsum ut finis ad operandum et influendum, motor ergo finis movetur, et hujusmodi finis qui ipsum sic methaphorice sive per apprehentionem movet, est sua bonitas, que idem est quod ipsum; et hoc non est inconveniens, quia in ipso idem est finis et principium. AD ALIUD dicendum quod corporalis operatio dupliciter est; aut ut transmutatio ad formam sicut augmentum vel alteratio, et de hac est verum quod ejus principia corporalia sunt, et similiter quod immateriale non transmutat materiale, adminus nisi mediante materiali et corporali, ut causa prima et intelligentia hec inferiora transmutant transmutatione ad formam mediante celo; aut ut transmutatio ad ubi, et sic non est verum, quoniam transmutatione secundum ubi potest immateriale, ut causa prima vel intelligentia, transmutare mobile absque medio corporali; aliter enim esset procedere in infinitum.

Set tunc QUERITUR utrum moveat tanquam finis suum ut desideratum et amatum: sic enim movet finis. Et videtur quod non; quoniam solum mediate movet finis, ut dictum est; primum movet secundum veritatem, ut dictum est modo, quoniam ut efficiens: quare non movet ut finis: quoniam *secundo Physicorum* finis et efficiens non coincidunt in eodem indivisibili; cum ergo primum sit efficiens, non erit finis. CONTRARIUM dicitur *in litera*: quoniam movet ut amatum et desideratum movet amans et desiderans, et ita ut finis. ITEM: proprietas finis est quod moveat immobilis manens;

21 et corporali] *iter. MS.*

set hoc solum ei convenit, set sic movet causa prima; ergo etc. ITEM: in conjunctis cum materia non est idem finis cum efficiente; set separata a materia habent ab illis sufficientem diversitatem; ergo in ipsis idem est finis et efficiens.

f. 76a 1. Hec est | ratio actoris. Et hoc est CONCEDENDUM; et in homine patet illud quoad operationes ejus, que sunt ab anima rationali: operatur enim per artificium propter seipsum: unde, *secundo Physicorum*, nos sumus finis omnium; anima enim est finis suarum operationum, et propter se operatur, ut dictum est. AD PRIMUM objectum: dicendum quod non valet, quoniam prout habet rationem finis movet via apprehensionis sive secundum methaphoram; prout autem habet rationem efficientis movet per virtutis influentiam secundum veritatem, et hoc non est inconveniens quod idem diversimode consideratum sic et sic moveat. AD ALIUD dicendum est quod hoc verum est in conjunctis cum materia, sicut probat ratio in oppositum; non autem in separatis, ut patet in anima rationali de qua minus videtur: ipsa enim propter se operatur.

Consequenter QUERITUR utrum moveat ipsum immediate. Et videtur quod non: quoniam causa prima non movet cum fatigatione et pena per adjectionem sive additionem alicujus finiti, quia est virtutis infinite; set motor celi immediatus est hujusmodi, ut dicitur in *De Celo*: quoniam si adderetur una stella plus moveret motor celi celum cum fatigatione et pena. ITEM: causa prima est in fine potentie: ergo potest moveri in majori vel in minori tempore; set motor celi non sic potest celum movere, scilicet in majori vel minori tempore imo tempus sui motus est determinatum, ut motus corde in aliquo instrumento, et, in .*8*. similiter, quod est equalis et uniformis omnino; quare primum non movet celum immediate. ITEM: in fine *octavi* dicitur quod motor celi est in circumferentia primi orbis et non in centro; set causa prima non determinat sibi situm, quia est ubique secundum substantiam et essentiam et virtutem; ergo non movet celum immediate, imo necesse est alium ponere. CONTRA: medium exigitur in operatione propter insufficientiam agentis; causa prima est sufficientissima; quare nullo modo per medium

agit. ITEM: major est operatio creandi et fortiori indigens operant quam operatio influendi vel movendi; set in creatione immediate operatur; ergo similiter immediate movebit celum. SI DICATUR quod non exigitur propter ejus influentiam vel indigentiam, set propter indigentiam et exigentiam mobilis, eo quod non est sufficiens ad recipiendum ejus virtutem immediate: CONTRA: inter illud medium et causam primam est aliud medium, aut non: si sic, queritur de illo adhuc, et sic in infinitum; aut stabitur ad aliquod quod immediate movetur, sive recipit influentiam a primo, set qua ratione hoc potest immediate recipere influentiam primi, eadem ratione celum, cum utrumque sit creatum et finitum. AD HOC: dicendum quod necesse est ponere duplicem motorem celi, scilicet separatum ut causam primam, et conjunctum ut intelligentiam vel animam, sicut probant prime rationes. Non enim competit ei movere cum fatigatione et pena per aliam additionem: una causa quia hoc est assignatur, quia ubicumque est possibile agere per ordinem ipse agit per ordinem; hoc loquendo de potentia ejus motus, omnino posset immediate recipi in corporali re. Ideo primo recipitur in aliquo spirituali quod natum est ad spiritualem operationem et receptionem magis quam ipsum, ut in anima vel intelligentia, et per illud recipitur in celo. AD OBJECTUM primum: dicendum quod medium aliquando exigitur propter influentiam, et sic obicitur; aliquando non, set propter ordinem, et sic est in proposito, scilicet ut sua bonitas manifestetur et reluceat in aliis. AD ALIUD: dico quod quantum esset de se, bene posset, si esset potentia in recipiente; set non est, quoniam mobile corporale ideo causam spiritualem virtutem recipere non potest nisi mediante aliquo spirituali, et etiam alia de causa, quia semper ubi possibile est agit per ordinem; in opere autem influendi et movendi est hoc possibile, eo quod extrema finita sunt, non autem in opere creandi, eo quod creatura, cum sit finita, non posset absolvere distantiam infinitam que est inter aliquod et nichil, quia infiniti ad finitum nulla est proportio; set solum hanc potest primum absolvere, cum sit potentie infinite, ideo solius primi est creare, et non alterius. Et sic non valet: 'si non exigitur f. 76 a 2.

medium in creatione, non debet similiter ⟨exigi⟩ medium in movendo', causa predicta. AD QUOD obicitur ulterius, patet solutio: quoniam licet celum eo quod corporale non possit immediate influentiam a primo recipere, tamen intelligentia, eo quod spiritualis est et nobilior quam celum, potest eam immediate recipere, vel anima secundum illos qui ponunt quod anima moveat celum.

NOTA ad evidentiam dictorum hic et *.8. Physicorum*, quod motor celi duplex est: conjunctus et separatus. Separatus est causa prima, et hic omnino immobilis et invariabilis, et per se et per accidens; conjunctus autem est intelligentia secundum aliquos, et hic similiter immobilis et per se et per accidens, eo motu quo movet, scilicet motu locali; eo quod est motor solum et non actus, licet moveatur per receptionem influentie a superiori motu metaphorico, scilicet motu spirituali, et etiam per renovationem cogitationum circa revolutiones particulares, secundum Avicennam in *Methaphysica* sua et Algascelem, similiter etiam secundum Boetium; unde Boetius: 'In semet reditura means simili convertit imagine celum'. Unde hujusmodi motor, licet sit in parte determinata mundi, scilicet in circumferentia orbis primi, ut dicitur *.8.*, non tamen in movendo celum movetur, immo movet semper in eodem respectu ad terminos vel partes mundi, quia in dextra parte; dextrum enim est principium motus, ut dicitur in *De Celo et Mundo*, et hoc est quia spiritualis est; et etiam quia non est actus corporis celi ut anima est actus corporis humani, ideo non movetur per accidens, ut anima que movet seipsam per motum corporis. ITERUM: quia hujusmodi motor non est corporalis, ideo non movetur per accidens ut nauta in navi, set stat immobile per se et per accidens. Et hoc patet per simile: si sol vel aliud corpus luminosum staret, radius egrediens vel immissus a tali corpore esset in aere vel aqua, et illuminaret ipsum aerem, et tamen non moveretur per motum aeris aliqua modo, immo semper maneret in eodem respectu ad partes mundi, ita est in proposito: cum intelligentia multo sim-

19 semet] se ipsa *MS.* imagine] imaginem *MS.* 21 mundi] mondi *MS. hic et alibi.*

plicior sit quam radius, ideo existens in celo ipsa intelligentia potest movere celum manens immobilis. Eodem modo est de motoribus orbium inferiorum: movent enim orbes suos per virtutem propriam ab occidente in occidens per oriens, et iterum per receptionem influentie ab intelligentia movente orbem primum: movent enim orbes suos eo modo quo orbis primus movetur, scilicet ab oriente in oriens per occidens, et tamen semper manent immobiles hujusmodi motores, et in eodem respectu ad partes mundi, ut visum est de motore orbis primi.

Aliqui tamen ponunt quod motor celi conjunctus est anima et non intelligentia, et hoc quia hujusmodi motor habet renovationem cogitationum sicut anima. Et hoc videtur ponere Avicenna et Algazel et etiam Boetius, ut dictum est; set intelligendum secundum sic ponentes quod hujusmodi motor non habet omnino rationem anime: ad esse anime tria exiguntur, scilicet quod sit motor ejus in quo est, et quod sit actus ejus, et quod habeat renovationem cogitationum. Hujusmodi autem motor habet duas istarum conditionum, non autem habet aliam: non enim est actus corporis celi, et ideo non omnino habet rationem anime; quia tamen aliquas habet, ideo aliqui philosophi ⟨ponunt⟩ quod sit anima, eo quod intelligentia sub proprietate intelligentie non habet renovationem cogitationum: habere enim renovationem talem proprie convenit anime. Illi qui sic ponunt possunt sustinere quod motor celi moveatur per accidens, et maxime de motoribus orbium, et possunt dicere quod rationes Aristotelis hic et *in octavo* procedunt de motore separato qui penitus est immobilis, non tamen de conjuncto vel conjunctis. Set cum fiat ratio Aristotelis sic: nullum motum per accidens est causa motus perpetui, et ita si moventur hujusmodi motores, eorum motus non erunt perpetui, quod falsum est; dicendum quod duplex est motum per accidens, scilicet a seipso ut anima, et de hoc tenet; aut | ab alio, et de hoc non valet, quoniam motores f. 76b 1.
orbium, si per accidens moventur, hoc est ab alio, scilicet a motore primo, et ideo quia hujusmodi motor primus

25 renovationem] renovatione *MS.*

perpetuo movet, scilicet motores inferiores, moti ab eo per accidens possunt movere perpetue. Prima tamen sententia melior.

Set quia accidit quod motor primus est infinite potentie, ideo queritur utrum hoc sit verum: QUERITUR ergo utrum potentia primi motoris sive cause prime, quia de hac loquitur actor, sit infinita. Videtur quod non: quoniam aliquid magis potest excogitari; exeditur enim sua potentia ab aliquo, scilicet a scientia sua, nam multa sunt que non potest, utrum in nobiliora vel vilia. ITEM: sua potentia est completa vel completissima; set completio est a fine, et ita finem habet, et sic finita est. CONTRA: ejus potentia solvit distantiam infinitam, que est inter ens et nichil; ergo est infinita. QUOD CONCEDENDUM. AD PRIMUM objectum, dicendum quod licet sua potentia exedatur a sua scientia respectu eorum que facere posse, non est posse, ideo potest esse infinita, quia sua potentia ⟨se extendit⟩ solum ad ea que modum positionis habent, unde talis excessus non est nisi secundum quid. AD ALIUD: dicendum quod duplex est completio, scilicet eorum que sunt ad finem, et hec fit a fine: ea enim que sunt ad finem sumuntur passive a fine: alia est completio ipsius finis, secundum quod dicimus quod finis completivum, eo quod est finis omnium et a nullo finitur.

Set tunc QUERITUR utrum sua essentia sit infinita. Et videtur quod non: quoniam potentia que potest hoc et non aliud dicitur esse finita; ergo a simili, essentia que est hoc et non aliud dicitur finita, quia sicut potentia ad posse, ita essentia ad esse; set sua essentie est hoc et non aliud: nulli enim alii quam sibi competit; ergo est finita. Set CONTRA: .ix$^{a}$. de *Maximis* Alani: 'prima causa est spera intelligibilis' etc.; set illud cujus essentia vel substantie centrum est ubique et circumferentia nusquam est infinitum; ergo substantia ejus et sua essentia est infinita. QUOD CONCEDENDUM: unde sicut potentia sua est infinita, sic et sua essentia, licet sua essentia sit indivisibilis et simplicissima. AD OBJECTUM: dicendum quod licet potentia et essentia

10 utrum] utra *MS.* 27 in *post* esse *MS.*

idem sint in ipso, tamen differunt secundum rationem quod substantia vel essentia quid dicunt absolutum, potentia autem respectum habet ad aliud: unde aliunde causatur infinitas essentie et potentie, licet idem sint potentia et essentia. Nam finitas essentie dicitur tripliciter; vel quia terminum habet, vel quia finem intra, vel quia finem extra; et per oppositum infinitas essentie tripliciter; scilicet per privationem termini, et finis intra, et etiam extra. Et utroque modo est essentia ejus infinita: non enim habet terminum, quia ejus circumferentia nusquam est; nec finem intra, quia finis intra est perfectio rei sive perfectissima forma, ipsa autem essentia primi non habet perfectionem talem, non enim habet perfectionem aliam a se; nec finem extra habet, quia non ordinatur ad aliud a se, set in seipso est et ad nichil extra ordinatur. Infinitas autem potentie sumitur per comparationem ad aliud, sicut finitas: nam finita potentia est que hoc potest et non aliud, illa autem infinita que potest omnia quorum posse est aliquid posse; et talis est potentia primi. Unde non valet propositio 'quoniam essentia ejus non sic se habet ad esse hoc vel illud sicut potentia ad posse hoc vel illud', eo quod ejus essentia absoluta est, potentia autem respectum habet aliquem, et ideo non valet illa similitudo.

SENTENTIA AUTEM PATRUM etc.

Superius determinavit actor de substantia eterna ostendendo quod est motor et in ratione efficientis et in ratione finis et ponendo etiam numerum ipsorum motorum, et etiam in fine tetigit aliquid de unitate motoris primi, dicens quod cum materia sit causa diversitatis et numerationis, ut ipse manifestat in Sorte et Platone, differunt propter materiam, ipsum autem primum nullam habet materiam, cum sit perfectissimum et nobilissimum, materia autem habet rationem imperfecti: ideo unus est motor primus qui est causa omnium, scilicet causa prima. Nunc autem determinat actor de scientia primi sive de intellectu ejus, de quo maxima est dubitatio et difficultas, ut ipse testatur.

Hic DUBITATUR primo de scientia primi, et primo utrum

4 et[1]] *iter. MS.* 26 in[1]] *iter. MS.*

suum intelligere sit sua substantia. Quod non videtur: quoniam si sic esset, cum in sua scientia actu sint omnia, quia
f. 76 b 2. ipse actu scit omnia, tunc omnia essent actu | sua substantia, ut homo, et asinus, et hujusmodi: quod est inconveniens. ITEM: intelligere vel scire res est operatio terminativa ad res sicut creatio, ut jam videbitur et patet etiam; set creatio non est sua substantia, quia sic creatio esset ab eterno. Set CONTRA: Algazel, in *Methaphysica* sua, dicit quod nullum genus compositionis in eo cadit, nec forme cum materia, nec generis cum differentia, neque accidentis cum subjecto; set si scientia differt a sua substantia, tunc esset ibi compositio accidentis cum subjecto, scilicet scientie cum substantia; ergo ibi esset compositio: quod est impossibile. Et in *De Causis* similiter dicitur quod est simplicissimum in fine simplicitatis. Et hoc etiam hic innuitur, quia dicitur quod non inest ei nobilitas nisi quia intelligit; hoc autem non esset verum, si sua substantia et suum intelligere non essent idem, quia tunc sua substantia reciperet ab alio nobilitatem: quod est inconveniens. Et etiam aliam ponit rationem, quia in separatis a materia unum est intelligens et intellectum et ratio intelligendi sive ipsum intelligere. QUOD CONCEDENDUM est. AD OBJECTUM: primo dicendum quod licet idem sit sua scientia et sua substantia secundum rem et naturam, differunt tamen ratione: quoniam substantia quid dicit absolutum, scientia autem addit rationem continentie, ut possit dici quod res sunt in eo; sunt enim res in scientia primi vel cadunt in scientia ejus, non autem in substantia ejus cadunt. Et patet simile: licet ferrum et arca ferrea in natura et substantia sint idem, tamen non sequitur 'granum est in archa, ergo est in ferro'; ita est in proposito, ideo est ibi fallacia accidentis. AD ALIUD: dicendum ⟨juxta⟩ quosdam quod sicut scientia primi est idem cum sua substantia, ita actio quantum ad esse actionis, non tamen a parte connotati in creatura, nam creare est velle rem esse. Hec duo tanguntur, scilicet velle primi; et hoc est et substantia actionis, et idem est quod sua substantia et est ab eterno, et connotatur ibi

6 ut . . . creatio] *iter. MS.* 8, 11 sua] *iter. MS.* 13 compositio] *iter. MS.*

aliquid a parte creature, scilicet exitus in esse per hoc quod dicitur, scilicet rem esse, et quantum ad hoc non est idem nec est ab eterno quoad hoc. VEL ALITER et melius: quod non est simile, quia non creat res, quia creat suam substantiam; unde non creat res mediante sua substantia, ita quod in creando esse creat ipsas res, quoniam sua substantia increata, et creat res extra suam substantiam; set scit ipsas res, quia scit suam substantiam; unde in cognoscendo suam substantiam alia cognoscit; unde non cognoscit alia nisi mediante sua substantia.

Secundo QUERITUR utrum intelligat vel sciat seipsum. Et videtur quod non: quoniam sicut ydea vel exemplar se habet ad actum producendi, ita ad actum cognoscendi; set ydea non est principium producendi seipsum, ergo nec cognoscendi; et sic non cognoscit seipsum vel intelligit. ITEM: aliquid est movens motum et aliquid motum et non movens; ergo est ponere tertium, scilicet movens non motum. Ita arguit actor; et ego arguo similiter: aliquid est cognoscens cognitum, et aliquid cognitum et non cognoscens, ergo aliquid est cognoscens et non cognitum; hoc autem non est nisi causa prima, que infinita est et ita cognosci non potest, et sic patet quod seipsum non cognoscit. ITEM: infinitum comprehendi non potest; set ipsum primum infinitum est, ut dictum est: ergo patet quod non potest cognosci, et sic patet quod neque ipse nec aliud cognoscit ipsum. CONTRA: *secundo Methaphysice*, sicut unumquodque se habet ⟨ad esse, sic se habet⟩ ad cognitionem sive ad veritatem; set primum maxime habet de esse; ergo patet quod maxime cognosci habet: aut ergo a se aut ab alio; set ab alio; ergo multofortius a se, quia majorem rationem et potestatem habet intelligendi quam aliquid aliud, cum ejus intellectus sit purissimus et omnino a materia remotus, que impedit cognitionem, ut dicit Commentator *secundo Methaphysice*. QUOD CONCEDENDUM. AD OBJECTUM: dicendum quod non est simile: quoniam cognitum convertitur cum ente et cum differentia entis in quantum ens, eo quod sicut unumquodque se habet ad esse, ita ad verum et cognitio-

31 et . . . intelligendi] *iter. MS.*

nem; non sic autem productum, quoniam illud quod verissime esse habet non est productum, ut causa prima. AD ALIUD: dicendum eodem modo quod non est ⟨simile⟩: eo quod mobile non est differentia entis in quantum ens, neque convertitur cum ente sicut cognitum convertitur cum ente universaliter: est enim differentia entis in quantum ens, et
f. 77a 1. ideo, licet aliquid sit ita movens quod | non motum, non oportet quod aliquid sit ita cognoscens quod non cognitum. AD ALIUD: dicendum quod infinitum comprehendi vel sciri non potest a virtute finita, tamen bene potest a virtute infinita, et ita a seipso quia infinitum est; unde a nulla creatura completa potest, eo quod creatura finita est, ipsum autem infinitum.

Tertio QUERITUR utrum ⟨se⟩ tantum intelligat. Et videtur quod sic: quoniam in separatis a materia idem est intelligens et intellectum: nichil est idem cum ipso nisi ipsum; quare se tantum intelligit. ITEM: intelligibile cum sit perfectio intelligentis est nobilius intelligente; set nichil est nobilius ipso; quare non intelligit aliud a se. ITEM: si aliquid aliud a se intelligit; aut est nobilius ipso, aut eque nobile, aut vilius; set nichil est nobilius ipso nec eque nobile; ergo si aliquid aliud a se intelligit, hoc est vilius ipso; set intelligendo vilia vilesceret ejus intellectus, ut dicitur *in litera*, dicit enim quod 'si alia a se intelligeret, vilesceret ejus intellectus'. Set CONTRA: omne producens cognitionem habens cognoscit producta; set causa prima est hujusmodi; set hec sunt alia a se, quoniam res extra suam ⟨essentiam⟩ producit et creat; quare cognoscit omne aliud a se.

Dicendum quod seipsum immediate cognoscit et alia mediante sua substantia, que est ydealis sive ydea omnium; unde se intelligit tantum, et seipsum intelligendo omnia alia intelligit, quia in ipso est ydea omnium rerum: nam, ubi unum propter alterum, utrobique unum tantum, ut si teneo equum per frenum teneo equum et frenum, et tunc non teneo nisi unum; ita est hic: primum alia intelligit per suam substantiam, id est, in cognoscendo suam substantiam, et ita se et alia cognoscit, et tamen potest dici quod unum solum intelligit vel cognoscit. Et sic patent rationes actoris,

sic enim intelligit eas. Tamen sciendum quod omnes rationes quas ponit ⟨non ponit⟩ secundum opinionem propriam, set quedam secundum opinionem antiquorum patrum Caldeorum, sicut ipse testatur in principio dicens, 'sententiam patrum'. Ad minus ista quod 'si alia a se ⟨intelligeret⟩ vilesceret ejus intellectus'. ⟨Dicendum quod non⟩, quoniam sicut radius cadens super vilia nullam contrahit ab illis vilitatem, in casu intellectus primi cadens super res viles nullam contrahit vilitatem, cum simplicius sit et spiritualius in infinitum quam radius. Vel potest dici, supponendo quod sit secundum opinionem propriam quod verum est, si immediate cognosceret alia a se, tunc enim vilesceret forte ejus intellectus. Per hoc patet solutio ad illud ultimum. AD ALIUD: dicendum quod cum dicitur 'in separatis a materia ⟨idem⟩ est intellectum et intelligens', verum est immediate intellectum ab illis, et maxime habet veritatem in causa prima hec propositio. AD ALIUD: dicendum est quod duplex est intelligibile: aut per acquisitionem speciei ab extra, et de hoc verum est quod est perfectio intellectus; aut non per acquisitionem, et hoc dupliciter: aut est aliud a substantia, et sic adhuc habet aliquo modo rationem perficiendi intellectum, ut intelligibile ab intelligentia, nam ipsa per species innatas intelligit alia vel omnia; si autem intelligibile vel intellectum sit idem quod substantia intelligens, sic non est ibi amplius ratio perficiendi intelligens ab intellecto vel intelligibili. Ita est in primo: nam non cognoscit alia nisi quia suam substantiam cognoscat, et ita est ibi idem intelligibile et intelligens, ut visum est.

Set tunc DUBITATUR .4°. de modo intelligendi res ab ipso utrum prius scivit alia que non scit nunc, vel sciet postea alia que nunc similiter non scit nec scivit prius. Et videtur quod non: quoniam apud ipsum sunt presentia et sine priori et posteriori, et ita, si rem scivit in preterito et modo scit, adhuc eam et similiter, si rem futuram scit, et nunc scit eam. ITEM: si sic esset, tunc prima causa aliter se haberet nunc quam prius, et ita mutaretur ipsum, quoniam ut dicitur 5°. *Physicorum* mutari est nunc se habere aliter quam prius; et ita si aliquid scivit causa prima, nunc scit illud, et sic

deus scit quicquid scivit et quicquid sciet. Set CONTRA: aliqua sunt nunc falsa que possunt postea verificari, et similiter aliqua fuerunt vera que modo non sunt vera, set nichil scitur nisi verum; quare aliquid scivit que modo non scit, et sciet similiter plura que modo non scit. ITEM: ponamus quod Sor sit nunc albus et cras fiat niger; aut causa prima scit ipsum nunc esse nigrum aut non: si non, habeo propositum, quoniam cras sciet quod nunc non scit; si sic, ergo, cum quicquid scitur sit verum, necesse est Sortem nunc esse nigrum; set positum est quod sit albus, et ita contraria sunt in eodem, quod est inconveniens; quare non
f. 77 a 2. scit alia que postea | sciet et eadem ratione que prius scivit. ITEM: prius creavit quod nunc non creat; ergo a simili prius scivit aliqua que nunc non scit, et sciet postea que nunc ⟨non scit⟩. AD HOC dicunt quidam quod duplex est scientia, scilicet scientia qua scitur res, et hec appellatur scientia in arte, et scientia qua scitur res esse, et hec dicitur scientia in opere. Loquendo de prima, scit nunc que prius et que postea, non autem de secunda. Set tunc sequitur quod sit aliqua variatio in primo, quia nunc scitur res esse in opere, prius autem non scivit, quod est inconveniens. Dicetur forte quod illud non oportet in relativis: quoniam potest fieri mutatio in uno, nulla facta mutatione in alio, ut dicitur in .5. *Physicorum*, ut si Sor sit albus et Plato niger, si Plato fiat albus, tunc est similis Sorti, ita est mutatus Plato Sorte non mutato; ita est hic, quoniam nulla facta est mutatio in ipso, cum nunc scit res esse et prius non scivit, set tota variatio est a parte rei et non a parte ipsius. CONTRA: licet possit fieri in uno extremo relationis mutatio, nulla facta in reliquo, quantum ad dispositiones ejus absolutas, tamen de necessitate fit in eo transmutatio quoad dispositiones respectivas, ut patet in exemplo predicto; nam licet Sor maneat albus Platone mutato, tamen Sor sit similis Platoni et prius erat dissimilis; ergo similiter in proposito, cum sciens et scitum sint relativa, patet quod si fiat mutatio in uno quod fiet in reliquo, adminus quoad dispositiones respectivas, et sic sequitur, ut prius, quod in primo sit aliqua renovatio vel mutatio, quod est impossibile.

Ideo dicendum est aliter quod utraque scientia cognoscit omnia, et presentia, et preterita, et futura, quoniam omnia intelligit in nunc eternitatis increate, in qua nichil est prius neque posterius, nec duratione nec natura, set tota simul est illa eternitas; et ideo quod nobis preteritum est, ei est presens, et similiter quod nobis futurum ei est presens, quia omnia simul sunt apud cognitionem suam. Unde licet opposita in rebus sint ordinata secundum prius et posterius, tamen comparando opposita, et etiam res circa quas nata sunt esse ad nunc eternitatis et ad illud quod in nunc eternitatis cognoscit vel intelligit, non est ibi prius et posterius, set omnia simul in nunc eternitatis comprehendit. AD ILLUD quod primo objicitur, dicendum quod cum ipse dicit 'quedam nunc sunt falsa que postea vera erunt etc.', ipse descendit ad prius et posterius, quod in rebus consideratis absolute bene invenitur, et hoc modo est verum quod quedam nunc sunt falsa, que non prius, et e contrario vel posterius, cum in rebus consideratis per comparationem ad nunc eternitatis, et prout cadunt in scientia primi non est ibi prius et posterius in veritate vel falsitate, nec aliquo alio modo, set in nunc indivisibili comprehenduntur. AD ALIUD: dicendum quod licet in rebus absolute consideratis non sint opposita simul, set secundum prius et posterius subcedant, tamen in eternitate sive per comparationem ad illud quod in nunc eternitatis intelligit non sic se habent secundum prius et posterius, set simul, quia ibi non est ⟨prius et posterius⟩.

11 et] *iter. MS.*

# COLLATION of (A) fol. 166 a 1, and (B) 170 a 1.

p. 1 3 *quid*] quidem *A* 6 fuerunt] fuerint *B* .*xi.*] undecimo *B* 7 nuncquam] nunquam *B* 11 nostro] a nostro *B* 12 tertio] .3. *B* 15 ut] *o. B* 16 tertio] *o. B* 17 cognoscit] cognoscet *B* 20 possunt] sunt *B* 21 in] *o. B* 23 scilicet] *o. B* cognoscitur] cognoscetur *B* 24 suam speciem] speciem sue *B* depicte] depicto *B* 27 cognoscendo] cognitivo *B* 30 abstrahendo] abstrahando *A* 31 punctus] *bl. in B* p. 2. l. 1 abstrahendo] abstrahando *A* 2 causa] *o. B* 3, 5 intelligentia] intellectu *B* 5 presens] sit presens *B* 10 formam] *bl. in B* Sexto] vi$^{to}$ *A*; Sexte *B* 10–12 per . . . ipsa] *o. B* 12 et [1]] et etiam *B* 13 Septimo] vii$^{o.}$ *A* 13–14 potest . . . sic] quod sic *B* 19 questiones] querentes *B* 21 *xi*$^{o}$] undecimo *B* 24 quia] quod *B* 30 senium] sonium *B* 32 est de intelligibili] de mobili est *B* 33 est magis intelligibile] maxime est intellectu *B* 34 magis] *o. B* 35 quod] est quod *B* in scientia] *post* consideratur *B* 38 naturalium] naturali *B* est] *o. B* p. 3. l. 2 mobile] melule *B* 4 sompnus] sumpnus *A* 5 mobile] moblie *B* 6 libro] sumo *A* *xi*$^{o}$] undecimo *B* 9 predicationem] partitionem *A* 14 est] *o. B* 15 *xi*$^{o}$] undecimo *B* 16 materialis] mobilis *A B* 17 ipsa principali] ipso principaliter *B* 20 genere . . . principii] genere set quantitates principii *A* genere aut set cum sunt conditiones principii *B* 21 ipso] questionibus *B* *xi*$^{o}$] undecimo *B* 24 sunt] habent *A* 29–30 vel . . . intelligendi] *o. A* 31 intelliguntur] intellectum *B* 32 posterius] posterius est *B* p. 4. l. 1 quidam] quidem *B* 2 elementa] *o. B* 9 rerum quadruplicia] *bl. in B* 10 loyico] logico *B* 11–12 sunt . . . consequenti] principia sunt existendi *B*

# NOTES

1. 4. Nichil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. This famous sentence is not found in any printed version of the *De Anima*. Perhaps it is in the Nuremberg MS. described by Baeumker. See Baeumker, *Beiträge* iii, Heft 2, p. 488. Cf. iii. text 39 and iii. text 5, Nichil est actu eorumque sunt ante intelligere.

12. tertio De Anima: et ideo fuit necesse quod non sit mixtus cum corpore, iii. 6. (The Arab-Latin text begins at cap. iv of the Greco-Latin text of this book.

16. tertio de Anima: aut haberet aliquod instrumentum sicut habet sentiens, set non est ita, iii. 6.

2. 17. Predicamentis, tr. 2, cap. i.

18. De Causis, prop. 27 sqq. (ed. Bardenhewer, Freiburg, 1882).

29. Methaphysica Veteri: the *Vetus Metaphysica* is the translation of Books A. α. B. Γ. c. 1–3, from the Greek, current before the spread of the Arab-Latin version. Bacon attributed it to Boethius (see fasc. v, p. $128^{27}$). Until the middle of the thirteenth century it was the sole authority for A up to 987 a (see Grabmann, *Aristotelesübersetzungen*, 104). The phrase is that translated later: deus utique solus hanc habet dignitatem.

3. 23. in litera: universalia enim, de quibus dicunt esse proprie principia substantie, sunt genera, text. 4.

28. 6. Methaphysice: cf. et in quibusdam artibus accidit ut principium essendi sit idem cum principiis doctrine, Met. v. comm. i. Cf. Met. iii, text and comm. 10 (cap. 3).

4. 2. 2. De Generatione: cf. text 49.

4 5. Methaphysice: elementum dicitur illud ex quo res componitur primo, v. text 4.

6. 4. Septimo: no sixth question.

8. in litera: comm. 5.

27. in litera: si igitur transmutationes sunt quatuor . . . , text 7.

7. 10 primo Physicorum: text 64, 67, 71, 75, &c.

16. secundo De Generatione: cf. ii. 6, text and comm.

19. 3. Methaphysice: cf. illud enim quod habet potentia ut fit nondum est, iii. text 19

8. 17. in litera: cf. text and comm. 11.

21. Predicamentis: qui secundum naturalem dicitur potentiam, tr. 2, cap. 4.

31. secundo Physicorum: materia est substantia in potentia, ii. comm. 4.

10. 9. secundo Metheororum: quorum finis secundum naturam corruptionis putrefactio est, iv Metheor. cap. 4. Gr. Lat.

11. 13. Commentator: *vide* comm. 13 *passim*.

23. Commentator: et nulla differentia est inter virtutem que est in putrefactione . . . et eam que est in semine sed ea que est in semine fuit ex habente semen et sole: illa autem que est ex putrefactione a sole tantum, comm. 13.

12. 25. in litera: ista enim non videntur generare natura, non voluntarie, aut casu . . . , comm. 13.

27. secundo Physicorum: ii. text 39 sqq.

13. 23. **in litera**: materia . . . est hoc secundum quod videtur, text 14.

24. **secundo De Anima**: sensus est id quod est susceptivum formarum sine materia, ii. 121 Gr. Lat.

30. **De Celo et Mundo**: omne sensibile est sensibile per materiam, i. 92.

14. 18. **in litera**: cf. text 14, comm. 17.

35. **in litera**: si autem aliquid remanet in postremo . . ., text and comm. 17.

15. 6. **2 Topicorum**: nam motis nobis, necessarium est et que in nobis sunt omnia simul moveri, cap. 3. 24.

14. **scribitur . . .**: cf. corrupto subjecto corrumpitur et suum accidens, *Predicaments*.

19. **De Anima**: cf. iii. t. 5, t. 19, of intellectus possibilis and intellectus agens.

24. **Commento**: illud autem quod corrumpitur est actio ejus (intellectus) in se aut non corrumpitur et quod ex extrinseco intrat nos, comm. 17.

24. **De Animalibus**: cf. *De Generatione Animalium*, ii. cap. 3.

16. 23. **Augustinus De Anima**: not found in the genuine works of Augustine or in Alcherus, whose treatise is often quoted under this name.

36. **De Anima**: cf. iii. text 5 and 6.

17. 24. **De Anima**: et hoc solum posse separari, sicut perpetuum a corruptibili, ii. 4, Gr. Lat.

18. 1. **Augustinus De Anima**: not found.

19. 8. **Commentator**: et quod ex extrinseco intrat nos, comm. 17.

24. **Commentator**: cf. final sentences in comm. 18.

20. 8, 7. **Methaphysice**: cf. text 8.

12. **primo Physicorum**: cf. necesse est enim ut principia non generentur ex invicem nec ex aliis . . ., text 42.

31. **hoc xi°**: et oportet etiam ut iste substantie sint existentes extra materiam cum necesse est ut sint eterne, text 30.

24. 16. **iii De Celo et Mundo**: cf. necesse est enim ut principia sensibilium sint sensibilia et eternorum eterna . . . ut principia sint similia suis subjectis, iii. 61.

23. 7. **Methaphysice**: cf. text and comm. 4.

33. 2. **De Generatione**: cf. ii. 49.

25. 22. **in litera**: cf. text and comm. 36.

23. **De Causis**: cf. caps 3, 4, 27, 28.

27. **hoc xi°**: cf. text and comm. 51

31. **hoc libro**: text and comm. 98.

26. 5. **Commento**: cf. comm. 36.

27. 17. **in prima conclusione**: cum impossibile sit prius et posterius esse si tempus non fuerit, text 29.

33. **conclusione secunda**: cf. text 30.

28. 8. **in litera**: cf. text and comm. 30, 49, 51.

27. **in Physicis**: cf. viii. 12, 13, iv. 125, etc., iii. 75.

29. 24. **de 3. conclusione**: cf. comm. 30 *in principio*.

26. **in litera**: cf. existimatum est quod omne agens fuit in potentia, etc., comm. 30.

28. **De Celo et Mundo**: cf. i. 2 and 3.

34. **in litera**: possibile est ut in aliqua hora non moveat . . ., comm. 30.

31. 18. **in litera**: si etiam aliud fuerit eternum actio est, text 30.

25. **eternitas . . .**: eternitas igitur est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio, Boeth. *De Cons.* v. p. 6.

30. **in litera**: et oportet etiam ut iste substantie sint existentes extra materiam cum necesse est ut sint eterne, text 30.

32. 20. **in litera**: et oportet quod iste . . . extra materiam (ut supra), t. 30.

29. **De Causis**: cf. res omnes habent essentiam propter ens primum prop. 17; causa prima invenitur in omnibus rebus per modum unum, prop. 24.

33. 32. 7. **Physicorum**: cf. v. 13; *Post. Anal.* i. 35; *De Celo et Mundo* i. 35, iii. 19.

34. 37. **hanc literam**: omne enim compositum ex duobus oppositis quorum alterum invenitur per se, de necessitate et reliquum, comm. 35.

35. 24. **De Celo et Mundo**: corpus rotundum nullum habet contrarium, i. 18.

36. 20. **De Celo et Mundo**: cf. ii. 39.

22. **in litera**: text and comm. 43.

23. 6. **Physicorum**: et quia omne motum movetur in tempore, et in majori tempore movetur per majus spatium . . . , text 60.

35. **De Causis**: intelligentie superiores prime, que consequuntur causam primam; imprimunt formas secundas stantes, prop. 5.

37. 1. **De Causis**: sed esse quod est cum eternitate est intelligentia, prop. 2.

3. c. **De Tempore**: *Physics*, iv. 133.

4. **in litera**: cf. text and comm. 44.

9. **secundo De Anima**: est autem anima viventis corporis causa et principium, ii. 31, Gr. Lat.; anima autem id est quo vivimus, ii. 24, Gr. Lat.

21. **De Causis**: operatio autem animalis est quoniam ipsa (*sc.* anima) movet corpus primum et omnia corpora naturalia, prop. 3.

37. 22. c. **De Tempore**: cf. *Physics*, iv. 131, 98.

38. 4. **scribitur . . .**: si in aliquo orbe orbium erraticorum essent plures stelle, esse ultimus orbis in labore. *De Celo et Mundo* ii. 71.

9. **De Celo et Mundo**: cf. ii. text comm. 33.

40. 8. **quinta conclusione**: cf. et movet sicut movet desyderatum et intellectum, text 36.

21. **Physicorum**: cf. i. *De Generatione* 55.

41. 31. **in litera**: cf. comm. 36.

42. 6 c. **De Tacto**: not found.

26. 7. **conclusione**: cf. comm. 35.

44. 16. **in litera**: cf. comm. 33, 34.

45. 7. 6. **conclusione**: text and comm. 35.

18. **De Causis**: cf. props. 3, 4.

23. **Commentator**: cf. comm. 35.

30. **Secundo modo exponitur.** At foot of f. 169 v°. in a fifteenth century hand 'Robinet de Bertries (or Beuves) monachus sancti Petri Corbiensis'.

33. **De Causis**: causa prima causavit esse anime mediante intelligentia, prop. 3.

46. 17. **in litera**: comm. 33, text 34.

48. 21, 33. **De Generatione**: cf. ii. 69, where the opposite is said.

49. 12. **scribitur**: not found.

15. **in litera**: voluptas enim est actio illius etiam, text 39.

51. 14. **in illo capitulo**: text 39.

52. 16. **in litera**: si igitur deus semper est sicut nos in aliqua hora, hoc est mirum, text 39.

20. **Physicorum**: *Phys.* viii. text and comm 15. Cf. *Phys.* i. comm. 64; *De Celo et Mundo* i. 52, 64.

23. **in litera**: text and comm. 38.

28. **De Velocitate**: quod dicitur excedere aliquid, necessario dividitur in illud per quod excedit et in id per quod exceditur, *Phys.* iv. 71.

53. 12. **Commentatore**: et ideo videmus quod si voluptas dei per comprehensionem sui ipsius est equalis voluptati quam nos habemus cum intellectus in nobis comprehendit se, et est quando denudatur a potentia, hoc autem in nobis parvo tempore existit, in deo autem semper, comm. 39.

29. **Augustinus**: not found.

33. **in litera**: *ut supra*, p. 53, l. 13.

54. 2. **De Causis**: cf. prop. 30.

15. **De Invisibilibus Dei.** This tract is usually taken to be Gundissalinus—De Processione Mundi (ed. by Buelow in Baeumker's *Beiträge*, xxiv. Hft. 3) which begins 'Invisibilia Dei'. The quotation is not found in it. But cf. Max. 7. Alani (Migne P. L. 210, 627).

32. **in litera**: hoc est mirum, text 39.

56. 21. **De Motu Cordis.** By Alfred of Sareshel (printed Baeumker *Beiträge* xxiii. Hft. 1, 2). This quotation is not found in it. Cf. est enim primus motus ex quieto sempiterno fluens, p. 8.

23. **De Causis**: vita est processio ex ente primo, quieto, sempiterno, et primus motus, prop. 17.

28. **De Anima**: anima autem id est quo vivimus et sentimus, et movemur, et intelligimus primo, ii. 24. Cf. intelligere est principale vivere, *Ethic.* ix. cap. 11.

57. 2. **De Causis**: cf. note on p. 56, l. 23 *supra*.

24. **primo Physicorum**: cf. comm. 65, 67, 70.

58. 13. **De Unitate et Uno.** By Gundissalinus: attributed to Boethius (Migne, P. L. 63. 1075), ed. Correns (Baeumker, *Beiträge* i. Hft. 1), cum autem forma materiae unitur, ex coniunctione utriusque necessario aliquid unum constituitur, p. 3.

59. 6. **in litera**: et est continuum eternum, text 39.

9. **De Articulis Fidei**: lib. 1, prop. x, etc. (Migne, P. L. 210, 600). By Nicolaus Amianensis or Alanus de Insulis.

61. 5. **Algassel**: largitas enim est conferre beneficium optimum sine spe recompensationis (*Logica et Philosophia Algazelis*, ed. 1506, fo. l. 4).

63. 2. **De Causis**: cf. prop. 1.

**De Articulis Fidei**: cf. lib. 1, prop. xvi (Migne, P. L. 210, 601).

64. 29. **De Memoriali**: cf. omnis enim multitudo fit per recessum ab unitate simplici. *De Intelligentiis* (p. 2, l. 21, ed. Baeumker).

33. **Algazel**: ex uno autem non prouenit nisi unum (I. cap. iv, fo. v. b. 1)

65. 10. **ii Methaphysice**: cf. i. comm. 17.

15. **Avrois**: cf. *De Celo et Mundo* ii. 71.

29. **in litera**: cf. text 44, 45.

66. 1. **De Maximis Theologie**: in supercelesti est unitas: in celesti alteritas: in subcelesti pluralitas, Max. 2 (Migne, P. L. 210, 623).

35. **De Causis**: prop. 2 sqq.

67. 4. 10. **Metaphysice**: et dicitur continuum illud cuius motus est unus per se, v. 8.

6. **De Celo et Mundo**: cf. ii. 71 text and comm.

8. 5. **Physicorum**: positum est continuum in rebus quarum ultima sunt unum, text 40; 26, 28, vi. 1–3.

68. 17. **De Celo et Mundo**: stelle sunt fixe et firmate, non mote omnino, ii. 56.

18. 5. **Physicorum**: cf. text 8.

20. **De Celo et Mundo**: oportet nos . . . ponere quamlibet stellam ex illo corpore in quo movetur, ii. 41.

70. 29. **in litera**: unus per unum, text 43; necesse est enim ut unus motus habeat motorem unum, comm. 43.

72. 26. **in litera**: numerus substantiarum moventium est secundum numerum motuum, comm. 43.

74. 6. **Physicorum**: ii. 24.

13. **De Anima**: quoniam autem appetitus fiunt contrarii adinvicem, ii. 53 Gr. Lat.; et propter diversitatem appetitus contrariantur sibi adinvicem, *idem* Ar. Lat.

75. 36. **De Celo et Mundo**; corpus rotundum nullum habet contrarium omnino, i. 18, cf. p. 35, l. 24.

78. 23. **in litera**: quoniam si nichil intelligit, text 51.

79. 11. **Commentator**: scientia igitur ejus non dicitur esse universalis neque particularis, comm. 51.

80. 30. **Commentatoris**: particularia enim sunt infinita, comm. 51.

82. 9. 9. **Methaphysicis**: quoniam autem actus est melior et nobilior potentia nobili, text 19.

83. 7. **in litera**: non enim est ei nisi sicut dormienti, text 51.

85. 26. **prima conclusio**: cf. text and comm. 51.

86. 13. **in litera**: nobilitas non inest ei nisi quia intelligit, text 51.

87. 24. **in litera**: cf. *De Maximis Theologie*, reg. 7 (Migne, P. L. 210, 627).

33. **ex litera**: cf. text and comm. 51.

88. 2. **Posteriorum**: quoniam non est non ens scire, i. 10 Gr. Lat.

10. **Methaphysice**: cf. primo igitur opinamur sapientem maxime omnia ut possibile est scire, i. cap. 2, Gr. Lat., i. e. from the *Vetus Methaphysica*.

90. 29. **in litera**: in rebus autem essentialibus res est ratio et intellectus, text 51.

37. **De Causis**: cf. omnis intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se, prop. 7.

92. 14. **De Causis**: cf. prop. 4.

27. 7. **Methaphysice**: cf. iii. comm. 12.

93. 3. **De Causis**: et quod est sub se, quoniam est causa ei, prop. 8

7. **Averrois**: comm. 51 *ad finem*.

16. **primo Physicorum**: principium enim est alicujus principium aut aliquorum, text 8.

95. 14. **Posterioribus**: cf. ii. 107.

97. 7. **primo Posteriorum**: *vide* p. 88. 2.

17. **libro hoc**: ut situ unus per unam intentionem additam essentie materie et dispositionibus, Met. xii, comm. 39.

17. **De Causis**: cf. props. 1, 2.

37. **Boethius**: not found.

98. 5. **Posterioribus**: cf. i. 9.

5. **tertio de Anima**: Postea sensus quidem veri semper, ii. 156, antiq. vers. St. Thomas (i. e. in third book of Greek form).

6. **secundo Methaphysice**: cf. ens autem multipliciter quidem dicitur verum ad unum, iv. 2, Gr. Lat., i. e. from the *Vetus Metaphysica.*

37. **primo Posteriorum**: cf. i. t. 10.

99. 3. **De Maximis Theologie**: Deus omnipotens dicitur quia potest non que sunt vel que fieri possunt, sed etiam ea que fieri non possunt, Max. 56 (Migne, P. L. 210, 647).

100. 23. **in litera**: text and comm. 51.

26. **in litera**: comm. 51.

29. **De Anima**: cf. ratio enim recti est cum continuo, iii. comm. 11.

101. 9. **Boethius**: nam superior comprehendendi vis amplectitur inferiorem, inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit, *De Consol.* l. v. pr. 4.

28. **Predicamentis**: cf. tr. 3. cap. 5.

105. 23. **De Maximis Theologie**: Divina providentia falli non potest, Max. 64 (Migne, P. L. 210, 652).

29. **De Maximis Theologie**: Max. 65 (Migne, P. L. 210, 652).

32. **ad Idem**: Max. 67 (Migne, P. L. 210, 653).

106. 7. **secundo Physicorum**: sed accidit peccatum in eo quid fit per artem, 82.

107. 19. **De Maximis Theologie**: cf. *supra*, p. 105, 23.

108. 37. **in litera**: necesse est ut consecutio intelligendi inducat ei lassitudinem, text 51.

109. 3. **De Intelligentiis**: intelligentia, antequam fiant, ignorat aliqua, quae postmodum cognoscit cum facta sunt entia, prop. xxviii. 3 (ed. Baeumker *Witelo. Beiträge*, iii. hft. 2, p. 35).

14. **tertio De Anima**: sed intellectus cum aliquid intellexerit valde intelligibile non minus intelligit inferiora, iii. 7 Gr. Lat.; 'infima' Antiq. Vers. St. Thomas.

21. **De Memoria**: non contingit intelligere aliquid sine continuo neque sine tempore, cap. 1, but probably omnis noster intellectus sub continuo et tempore, *De Intelligentiis*, prop. 41 (p. 50, ed. Baeumker).

22. **De Sompno et Vigilia**: si itaque alicujus est opus sentire, et hoc utique excedat tempus, quanto erat potens sentire continue deficiet, et non amplius faciet hoc, c. 1.

110. 24. **De Memoria**: substantia intellectiva cujus cognitio a nullo penitus dependet rerum exemplar est ab eterno, *De Intelligentiis*, prop. 22 (p. 27, ed. Baeumker).

31. **De Consolatione**: Tu cuncta superiora
ducis ab exemplo; pulchrum pulcherrimus ipse
mundum mente gerens, similique in imagine formans
(lib. iii, m. 9, ll. 6–8).

111. 18. **in litera**: comm. 51.

112. 31. **Secundo Physicorum**: text 33, 36, 38.

113. 6. **De Generatione**: idem enim et similiter se habens semper idem natum est facere, ii. 56.

11. **De Causis**: omnis virtus unita plus est infinito quam virtus multiplicata, prop. 17.

114. 6. **De Causis**: causa prima existit in rebus omnibus secundum dis-

positionem unam, sed res omnes non existunt in causa prima secundum dispositionem unam, prop. 23.

117. 1. **in Physicis**: cf. et manifestum est quod impossibile est infinitum sit sicut illa que sunt in actu, iii. 37.

118. 20. **in litera**: comm. 51.

24. 8. **Physicorum**: cf. viii. 15; *De Celo et Mundo* i. 52, 64.

36. **De Causis**: cf. props. 3, 4.

120. 17. **dicit**: not found.

29. **De Causis**: not found.

121. 7. **primo Posteriorum**: quoniam tunc scimus quando causam cognoscimus, i. 11 Gr. Lat.

125. 5. **secundo Posteriorum**: cf. ii. 12.

5. 6. **Methaphysice**: visum est quod substantie non habent demonstrationem, comm. 1.

29. 7. **hujus**: cf. comm. 4.

127. 20. **primo**: perhaps better potentia, as index.

21. **Commentator**: cf. comm. 30.

128. 13. **Posteriorum**: Et stabilitur universale in anima quod est unum in multis, ii. 104.

13. **primo Methaphysice**: cf. secundum vero unum in multis, i. 27, i. 30, Gr. Lat, i. e. from the *Vetus Metaphysica*.

32. **sexto Physicorum**: cf. text 64, 66.

36. **De Causis**: *vide supra*, p. 114. 6.

130. 12. **Commentator**: quod enim est materiale non transmutatur nisi ab alio materiali, i. comm. 31.

32. **Commentator**: 7°: cf. comm. and text viii. 4.

132. 27. **De Causis**: this commentary has not been found.

134. 35. **Physicorum**: not found.

136. 31. **Et quia, etc.**: text 29.

137. 7. 8. **Physicorum**: see p. 118. 24.

27. **Principium, etc.**: text 29.

30. **De Celo**: causa enim prima movet primum causatum, ii. 36.

138. 32. **xviii De Animalibus**: i. e. iv *De Generatione Animalium*.

36. **secundo Methaphysice**: quod enim est materiale non transmutatur nisi ab alio materiali, i. comm. 31.

139. 11. **Thymeo**: cf. p. 26, ll. 9 sqq. (trans. Chalcidius, ed. Wrobel).

33. **secundo Physicorum**: cf. text and comm. 29.

35. **in litera**: comm. 36.

140. 8. **secundo Physicorum**: non enim ipsi etiam sumus finis quodammodo, text 24.

24. **De Celo**: ii. 71, *vide* p. 38. 4.

30. .8. : cf. *Phys.* viii. 84.

32. **octavi**: cf. *Phys.* viii. 84.

141. 36. **infiniti, etc.**: *Phys.* viii. text and comm. 15, etc.

142. 17. **Avicennam**: lib. ix. cap. 2.

18. **Algascelem**: cf. lib. i, tr. iv. c. 2. s. iij (folio f. 4. a. 2 ed. cit.).

19. **Boetius**: in semet reditura meat, mentemque profundam
circuit, et simili convertit imagine celum,
De Consol. c. iii. m. 9, ll. 16, 17.

25. **De Celo et Mundo**: non vocamus dextrum in omni habente

dextrum nisi ubi est principium sui localis motus . . . et initium est motus celi, ii. 15.

144. 31. ix **Maximis**: Deus est spera intelligibilis . . . , Max. 7 (Migne, P. L. 210, 627).

145. 24. **Sententia**: text 51.

146. 8. **Algazel**: not found.

14. **De Causis**: simplex in fine simplicitatis, prop. 20.

148. 23. **in litera**: comm. 51.

149. 4. **sententia**: text 51.

37. 5. **Physicorum**: cf. omnis transmutatio est de aliquo in aliquid, t. 7.

150. 24. 5. **Physicorum**: quoniam possibile est ut alterum relativorum transmutetur absque eo quod alterum transmutetur, text 10.

## AUTHORITIES QUOTED


Algazel, 61. 5; 64. 33; 142. 18; 146. 8.

Anonymous, 15. 14; 49. 10; 120. 17.

Augustinus, 53. 29. *De Anima*, 16. 23; 18. 1.

Avicenna, 142. 17.

Boethius, 97. 37. *De Consolatione*, 31. 25; 101. 9; 110. 31; 142. 19.

*De Anima*, 1. 4; 1. 12; 1. 16; 13. 24; 15. 19; 16. 36; 17. 24; 37. 9; 56. 28; 74. 13; 83. 5; 98. 5; 100. 29; 109. 14.

*De Articulis Fidei*, 59. 9; 63. 2.

*De Causis*, 2. 18; 25. 23; 32. 29; 36. 35; 37. 1; 37. 21; 45. 18; 45. 33; 54. 2; 56. 23; 57. 2; 63. 2; 66. 35; 90. 37; 92. 14; 93. 3; 97. 17; 113. 11; 114. 6; 118. 36; 120. 29; 128. 36; 132. 27; 146. 14.

*De Celo et Mundo*, 13. 30; 24. 16; 29. 28; 35. 18; 35. 24; 36. 20; 38. 4; 38. 9; 47. 22; 47. 25; 65. 15; 67. 6; 68. 17; 68. 20; 68. 23; 75. 36; 76. 5; 137. 30; 140. 24; 142. 25.

*De Generatione*, 4. 2; 7. 16; 24. 33; 48. 21; 48. 33; 49. 1; 65. 19; 113. 6; 135. 11.

*De Generatione Animalium*, 15. 24; 138. 32.

*De Intelligentiis*, 64. 29; 109. 3; 109. 21; 110. 13; 110. 24.

*De Invisibilibus Dei*, 54. 15.

*De Maximis Theologie*, 23. 17; 66. 1; 99. 3; 105. 23; 105. 29; 105. 32; 107. 19; 144. 31.

*De Memoria et Reminiscentia*, 109. 21.

*De Memoriali*. See *De Intelligentiis*.

*De Motu Cordis*, 56. 21.

*De Sompno et Vigilia*, 109. 22.

*De Tacto Cap.*, 42. 6.

*De Tempore Cap.*, 36. 31; 37. 3; 37. 22.

*De Unitate et Uno*, 58. 13.

*Metaphysics*, 3. 28; 4. 4; 7. 19; 10. 9; 20. 8; 24. 23; 65. 10; 67. 4; 67. 12; 82. 9; 92. 27; 125. 5; 125. 29; 126. 3; 130. 32; 138. 36; 147. 26.

*Meteororum*, 10. 10.

*Metaphysica vetus*, 2. 29; 88. 10; 98. 6; 128. 13.

*Perihermenias*, 105. 16; 107. 33.

*Physics*, 4. 8; 7. 10; 7. 24; 8. 31; 12. 27; 13. 33; 17. 26; 20. 12; 21. 16; 24. 26; 25. 19; 28. 27; 33. 32; 36. 23; 40. 21; 41. 32; 47. 33; 52. 20; 52. 28; 57. 24; 59. 24; 65. 14; 67. 8; 68. 18; 74. 6; 93. 16; 106. 7; 112. 31; 117. 1; 118. 24; 128. 32; 133. 5; 133. 8; 134. 35; 135. 10; 135. 13; 137. 7; 139. 33; 140. 8; 140. 30; 140. 32; 142. 8; 142. 22; 143. 27; 149. 37; 150. 24.

*Posterior Analytics*, 2. 28; 88. 2; 94. 37; 95. 14; 98. 5; 98. 37; 121. 7; 125. 5; 128. 13.

*Predicaments*, 2. 17; 3. 36; 8. 21; 15. 14; 101. 28.

*Thymeus*, 139, 11.

*Topics*, 15. 6; 17. 30; 49. 25; 101. 28; 118. 13.

CATHOLIC THEOLOGICAL UNION
3 0311 00125 3736
WITHDRAWN

B 765 .B2 1909 v.7
Bacon, Roger, 1214?-129
Opera hactenus inedita
Rogeri Baconi

DEMCO

3 0311 00125 3736